

exercitationem induci oportet. Conuersio enim dicitur altera natura &c. Ad hoc Concil. Trident. in c. 18. in princ. scilicet ubi adolescentium etas, nisi recte instituat, dicitur promissa ad pietatem & Religionem informetur antequam vicio- rum habitus totos homines possideat, nunquam perfecte ac sine maximo ac singulari propemodum Dei Omnipotentis auxilio in disciplina Ecclesiastica perseveret. Sed Hieronimus in Epistola ad Eustochium, refert suo tempore in conuiciis fuisse omnes etates, pueros, viros & senes. Et Ambrosius III. de Virginitate concludit, Non ergo etas recipitur flo- rentior; sed animus examinatur, nec miscere in adolescentibus professionem; cum legeris in parvulis passionem. Et de re- centioribus Theologis Leonardus Lessius in opus. de stat. vite deligen. q. 2. n. 16. testatur in multis Ordinibus etiam pueros recipi, idque iam a mille & amplius annis seruatam esse & num. vigesimo firmat non solum esse expeditum & salu- tare, ut statim post, sed etiam ut ante pubertatem religioni tradantur.

Ceterum negant expedire Sanctus Antoninus 3. part. tit. 16. c. 2. §. 4. quia inquit, corpora & merita nostra defec- erunt, c. Fraternitatis 34. dist. & sic seruant Religionem ferè omnes, coguntur enim multas inuenire medicinas mul- torum experientia malorum, c. ut constitueretur 50. dist. & consentit Silvester in verbo Religio 2. q. 2. & ex moderna Rodriq. q. reg. tom. 3. q. 12. art. 1. ubi testatur hanc opinio- nem approbat & expertis in Religione viris magis receptam esse; & citat Navar. Commen. 3. de reg. in c. Nulli n. 38. 18. q. 2. Ego in hac materia nihil audeo pronunciare; sed expertis in religione viris hoc dijudicandum relinquo; nam etiam per se loquendo rationes propolite admodum urgeant; contra tamen multum habet ponderis quod Divus Antoninus & Silvester ambo ex Ordine Prædicatorum & Doctrinæ Divi Thomæ alioquin tenacissimi in hoc articulo inspectâ postero- rum temporum conditione, aliter senserunt. Et Silvester dicit experientiam docuisse hoc non expedire; testaturque absolute ita servare omnes religiones; & allegat Archid. Sed & illud adnotat dignum quod ad petitionem Generalis Clericorum Regularium Theatorum die 16. Julii 1632. Sacra Congregatio Episcoporum & Regularium negotii & consultationibus preposita interdixit, ne deinceps in eorum Religione quilibet ad habitum regularem reciperetur ante annum decimum quintum inchoatum; ipsique nuper postu- lantibus ut huiusmodi prohibitio relaxaretur, Sacra Congre- gatio obviat die 5. Julii 1641. Et similem prohibitionem fecit Religiosis Ministrantibus infirmis, cum quibus etiam meo tempore noluit dispensare ut puerum quemdam bonæ indolis ante annum decimum quintum reciperent. Et in facultatibus veltendi novitios quæ à Sacra Congregatione Regularibus conceduntur, non obstante prohibitione iisdem factâ occasione peccis, semper consuevit apponi clausula *Dummodo recipiendi saltem attingant annum aetatis decimum quintum.* Præterea ubique hodie instituta sunt Seminaria & Collegia pro pueris educandis quorum pleraque à Religiosis reguntur. unde non subest amplius illa necessitas quæ olim vigeat nutriendi pueros in Cœnobiiis & Monasteriis. Generali tamen Decreto non videtur hoc prohibendum triplici consideratione. Prima consideratio est, quod cum Pius V. constitisset novitios in Religionem non esse recipiendos, nisi post decimum octa- vum annum, aliqui Procuratores Ordinum conquesti sunt apud Sanctitatem suam, quod id tenderet in grave Religionis præiudicium, Sanctissimus rem ad Congregationem Concilii reject. Congregatio censuit omnino temperandam Pii V. Constitutionem, dum præponit ætatem octodecim annorum rationibus adductis in schedulis Procuratorum Ordinum. Quibus autem modis temperanda esset valde discussum. Alii & major pars censuerunt permittendos eâ ætate quæ solebant recipi ante dictam Constitutionem. ex Institutis ipsorum Or- dinum, quia à teneris magis affluunt bonis moribus & litteris; & Sanctus Thomas 2. 2. non improbat accipi pueros ex regula Sancti Benedicti. Aliqui verò exillimarunt ætatem præsumendam quindecim annorum, quæ videtur magis con- formis Concilio. Audiendos tamen Procuratores Regularium. Secunda consideratio est, quia Clemens VIII. in Decretis Generalibus de regul. reformat. à S. D. N. innovatis hac in re nihil novi statuit quin potius decrevit ut quisque recipien- dus in aliquo Ordine Regulari, etiam Mendicantium in ea Regularia Institutâ & Ordinationes requirunt. Tertia conside- ratio est, ne hinc præberetur anfâ hereticis magis detrahendi Religionibus; nam Lutherani in Confessione Augustiana art. 27. reprehendunt Ecclesiam ex eo quod permittatur fieri

Religiosi & alii heretici plurima convicia proferentes in Semi- naria & Collegia in quibus educantur pueri, passim à Cri- tholicis Scripioribus confutantur. Longè autem minus esset innovandum quoad Religionem Clericorum Societatis Jesu. Quoniam Sancta Tridentina Synodus in cap. 16. vers. *Per hæc tamen scilicet 25. de Regul.* quoad eos nihil duxit innovan- dum aut prohibendum. Imò ipsorum pium Institutum ex- pressè præservavit. Ad extremum in hac materia observanda sunt serua verba Cajetani in 2. 2. q. 189. art. 5. ait enim. *In his locis expedit pueros in Religione dari in quibus optandum est ut similes fiant illis quorum consortio dantur, ubi autem per- sone, quarum consortio dantur reproba aut devia à regula- ribus sunt instituta, magna dementia est dare illis pueros, aut puellas nutriendas. Et hic error hodie in nullis vi- get locis, dum dantur pueri & puella Monasteriis Reli- giosorum, seu Religiosarum vite communis, qui vulgo Con- ventuales, seu Clausuales appellantur. Quo fit, ut refor- mandi nunquam reformari possint, dum transgressores vite regularis continè nutriuntur, ac augentur. Undè sanctorum debet, ut nullus puer, nulla puella possit Religionem tradi, nisi ubi verè vivatur regulariter Sic enim aut restringen- tur irregulariter viventes, aut reformarentur vocatione dante eis intellectum. Hæc Cajetanus. Cuius consilio valde affine est, quod fecit Clemens VIII. in decretis ad regula- rium reformationem editis. In singulis enim Religionibus, aliquibus tantum exceptis, designavit aliquot Conventus Regularis Observantis. Et iustitiam tanquam basem de funda- mentum reformationis præmisit duo decreta, quibus serib interdixit, ne quis deinceps ad habitum, vel professionem reciperetur, nisi in Conventibus, ut præsertim designatis, vel in posterum designandis per litteras in forma brevis sub pena nullitatis receptionis & professionis inde secute, voluitque ut sic recepti in eisdem Conventibus annum probationis peragerent & post professionem per aliquot annos detinerentur in professoribus. Verum ex his decretis non pro- fus prodiit fructus qui sperabatur; nam etiam noviti primò in Conventibus sic designatis, ac deinde in professoribus in regulari disciplina probè instituantur, tamen postea inde exeuntes & ad alia Monasteria laxioris observantis demig- rantes in communis aliorum Religiosorum abusus & re- laxationes recidunt, atque ita Religio nunquam penitus re- formatur, adeò ut propterea idem Clemens, quamvis in id opus perficiendum zelo sanctæ reformationis diu multamque infudaverit; tamen postmodò libere fassus fuerit. se in eo ne- gatio animi despondisse, prout ex ore illius se audivisse, nobis non semel retulit bonæ memoriæ Cardinalis Gijpius.*

Porrò in Ordine FF. Minorum de Observantia S. Fran- cisci paulò post initium Pontificatus S. D. N. Urbani VIII. ordinatum fuit, ut de cætero non admitterentur novitii in Provinciis Cisalpinæ familiæ & Fratris ab certum nu- merum decedentibus illorum Conventus traderentur Fra- tribus Reformatis, seu strictioris Observantis eisdem Or- dinis, à quibus tantum reciperentur Novitii & in huius- modi prohibitione multos annos perduratum est; & utinam paulò diutius perseveratum fuisset, non ubi numerus fra- trum reformationis multum excrevisset, pauci super- stites deposita iam spe veltendi Novitios & majores dignitates assequendis, facillè ad reformationem transissent. Atque ita nulla esset in Religione divisio vel scissura, sed tota ad primum Institutum & regule puritatem redacta fuisset; verum fratrum reformationem pollicentibus tandem oportuit illis, ad veltendos novitios aditum aperire. Docuerunt enim ordinariorum attestationibus se adimplevisse conditio- nes sibi præscriptas & legatis annis in Cuius Episcopalis sollemniter renunciassent. Et sic tributa fuit illis licentia veniendi usque ad certum numerum in singulis Provinciis præ- finitum, nobis tamen quantum per modicam licentiam semper reluctantibus; prout hæc omnia plenius continentur in Decretis desuper editis, ut videre est in Bullario tomò 4. pag. 335. & notavi in c. Nimi prova n. 55. & seqq. infra de excess. Prælat. Memini etiam Regem Christianissimum su- perioribus annis supplicasse S. D. N. ut in Regno Gallie de cæ- tero non veltentur Novitii, nisi in Religionibus, in quibus verè servatur regularis disciplina, juxta primævum insti- tutum, quod tamen est sanctissimum foret nihilominus magnopere hesitavit, ne prohibito tam generali mo- tus magnos excitaret, ita ut diu postea fulsissent non posset; cum tamen satis sit legem non condere, quam conditam protinus abrogare. multò securius & fructuosius hæc prælati possent in generali Concilio quemadmodum factum legitimus in Conc. Lugd. sub Greg. X. ut patet in c. n. de rel. dom. lib. 6.



DE REGULARIBUS.

Idem Clemens III.

CAPUT XIII.

Porrectum nobis ex parte tua petitorium continebat, quod J. Canonicus Ache- rontinus infirmitate gravatus, votum ut fieret Monachus, se allerit emisisse, undè metuens, ne voto decederet non completo, junctis manibus tibi se reddidit in Mo- nachum, & in fratrem, & infra. Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod cum Monachum non faciat habitus, sed professio regularis, ex quo à convertendo vo- tum emittitur, & recipitur ab Abbate, talis ut fiat Monachus, & reddat Domino quæ promisit, erit utique compellendus.

SUMMARIUM.

- 1 Professio facta sine susceptione habitus Religionis valida est, & num. 17.
- 2 Votum profertendi, & professio in quibus differant, & n. seq. usque ad num. 9.
- 3 Votum profertendi habet conditionem subintellectam, si re- cipiat ab Abbate.
- 4 Votum profertendi non est solenne, nec dirimit Matrimonium. post contractum.
- 5 Vovens ingredi Religionem etiam in genere cogi potest, & debet intrare aliquando de approbato.
- 6 Professio est votum de presenti, quod diem aut conditionem non recipit.
- 7 Et est solenne, quod impedit Matrimonium contrahendum, & dirimit postea contractum.
- 8 Professio in manibus eius, non habet potestatem recipiendi, non est Monachus ante ratificationem Abbatis.
- 9 Professio non impedit infirmitas corporis, sed animi.
- 10 Professio quamvis in scitit fieri debeat, tamen ad sui va- liditatem non exigit certitatem.
- 11 Habitum non facit Monachum, sed professio regularis.
- 12 Et quid in habitu professionis, & num. seqq.
- 13 Habitum portare dicitur extra Monasterium, non censetur ta- citè profertendi.
- 14 Habitum professorum suscipiens in ingressu Religionis, an infra trinum sit professus.
- 15 Professio facta per susceptionem habitus professorum infra annum probationis hodie non inducit etiam in Ordinibus non mendicantium.
- 16 Ingressus Monasterii, & habitus Religionis de jure commu- ni non sunt de substantiis Monachatus, sed ex Con- cilio Tridentino.
- 17 Professio non obligat etiam ex simplici voto, nec valet professio, nisi recipiatur ab habente potestatem incorporan- di religioni.
- 18 Professio est contractus ultrò citroque obligatorius inter pro- fertentem & Monasterium.
- 19 Et inter eos est quod Matrimonium spirituale.
- 20 Baptizare ipsam nemo potest, aut sibi ipsi beneficium con- ferre.
- 21 Professio regularis quis possit recipere & n. seqq. us- que ad n. 30.
- 22 Quid in Abbate, vel Abbatissa, ibid. & n. 28. & seqq. Et quid in Episcopo, & num. seqq. usque ad num. 31.
- 23 Et quid in Archidiacono, Plebano, & aliis inferioribus Prælati.
- 24 Votum non determinatum ad certam religionem à Sede Apo- stolica approbatum non potest dici solenne.
- 25 Novitiatu fieri debet intra Monasterii claustra.
- 26 Episcopus regularis potest Monachos sibi subditos ad pro- fessionem admittere. Idem in Episcopo Ecclesie regularis, cui Monasteria ita sunt subiecta, ut ad eum spectet receptio Monachorum, vel Monialium.
- 27 Episcopus negligente Abbatissa, an possit Moniales crea- re si Monasterium abundet, & Monialium defectum patiat- ur, & n. seqq.
- 28 Ad Episcopum non spectat supplere negligentiam Moni- alium exemptarum, sed ad eorum Superiores, vel ad Se- dem Apostolicam.
- 29 Monialium receptio etiam in Monasteriis non exemptis, non pertinet ad Episcopum, sed ad Abbatissam, & majorem partem Conventus.
- 30 Nec potest Episcopus eis præcipere, ut certam personam re- cipiant, ibidem, ut sequitur.
- 31 Abbatissa an possit Novitios recipere sine suorum Præla- torum licentia.
- 32 Professio receptio à superioritate dependet.
- 33 Novitii ex Decretis Clementis VIII. olim recipi non po- terant sine approbatione Episcopi Diocesani. Hodie sic.
- 34 In professione recipienda imprimis recurendum est ad consuetudines, privilegia, vel statuta cujusque Ordinis.
- 35 Prælati immediati Conventuum ex communi Observan- tia Religionum, teste Navarro possunt Novitios reci- pere.
- 36 Novitios quis possit recipere in Ordine Fratrum Minorum S. Francisci.
- 37 Et quis in Ordine Prædicatorum, Eremitarum S. Augusti- ni, & Carmelitarum.
- 38 Novitii à quibus & qua forma sint recipiendi ex Bulla, & declarationibus Sixti V.
- 39 Societatis Jesu Religiosi dispensati sunt à Greg. XIV. in recipiendis Novitiis non servata forma Constitutionis Sixti V.
- 40 Professio an censetur emittere qui junctis manibus tra- didit se Abbati in Monachum, & in Fratrem, & numer. seqq. usque ad n. 51.
- 41 Verbum, tradere, quid importet.
- 42 Promittere obedientiam Monachalem idem est, ac pro- ferti.
- 43 Votum simplex pendet ex voluntate solius voventis, votum solenne Jecus.
- 44 Professio inducitur quando præcedit votum profertendi, & postea subsequitur aliquod signum denotans professionem.
- 45 Professio facta non servata forma præscripta in regula vel Constitutionibus Ordinis an valeat, & n. seqq.
- 46 Regula Monachorum ponens certam formam professio- nis actum non videtur ponere formam substantivam.
- 47 Nisi habeat decretum irritans, vel statuat, ut professio al- ter fieri non possit, n. 49.

SUMMARIUM.

- 1 **P**rofectio nec fieri, nec recipi debet infra tempus probationis, sed facta & recepta tenet. Et quid post iura Sexti & Concilii Tridentini, num. 23.
- 2 Novitatus, seu probationis tempus quamdiu duret ex veterum Canonum dispositione varia referuntur sententia & n. seqq. usque ad num. 13.
- 3 Magistri, qui iura cum salvoari possunt, sine causa corrigunt, terminorum sunt transgressores.
- 4 Probationis tempus ex generali consuetudine omnium ferè ordinum ultra annum non extenditur.
- 5 Consuetudo potest legem interpretari & tollere.
- 6 Novitii ex regula S. Benedicti probantur per duodecim menses.
- 7 Novitii post Concilium Tridentinum expleto anno probationis aut ad professionem sunt admittendi, aut e Monasterio ejiciendi.
- 8 Probationis tempus à Superioribus regularibus ultra annum prorogari non potest.
- 9 Declarator num. 11. vers. Fateor tamen. Prorogatur à Sede Apostolica novitia morio correpta, etiam ultra sex menses à finito anno donec duret spes recuperanda valeat dicit.
- Item novitia que verebatur ne, emissâ professione, bona sua apud mercatores existentia recuperare non possit, n. 11.
- 10 Tridentinum Concilium cap. 16. vers. Finito sess. 25. de Regular. comprehendit etiam Moniales.
- 11 Novitii adversus tacitam professionem potest sibi coverre per protestationem præcedentem.
- 12 Novitii non sunt ad habitum recipiendi nisi factâ diligenti perquisitione de illorum natalibus, moribus & vita antea.
- 13 Novitius ob defectum ætatis vel aliâ ad profectendum inhabilis elaso anno ejici non debet à Monasterio, sed expectari potest quousque sit habilis ad profectendum & num. seqq.
- 14 Ætas nulla in masculis est præfixita à Concilio Tridentino ad suscipiendum habitum novitatus. Et quid in mulieribus remissive, ibidem.
- 15 Novitii in religione Societatis Jesu probantur biennio.
- 16 Abbas solus non potest quemquam recipere ad habitum & professionem sed cum majori parte conventus.
- 17 Novitii qui habitum religionis S. Basilii de manu commendatarii non expressè professi susceperant, & per aliquot annos gestarunt, censentur tacite professi.
- Episcopus Ecclesiæ regularis potest Monachos ad professionem recipere ibidem, vers. Rursus.
- 18 Abbas potest Monachos receptionem demandare alteri etiam laico.
- 19 Professio facta est ut recipiatur Superiore mandante vel postâ ratificante.
- 20 Multa fieri prohibentur, que facta tenent.
- 21 Penitentiam non potest benefici in favore duorum indulto nisi de consensu utriusque.
- 22 Penitentiam potest fieri etiam in favore plurium introducto quantum tamen personam renuntiantis.
- 23 Anno probationis hodie nec tacite, nec expressè potest renuntiare & in hoc corrigitur hoc capitulum & n. seqq.
- 24 Decretum irritans inducit firmam.
- 25 Forma an possit renuntiare quatenus concernit privatam utilitatem ipsius renuntiantis.
- 26 Annus probationis restringi non potest à Superioribus regularibus, etiam si per ingressum pat alteri grave præjudicium.
- 27 Dispensatur cum muliere, cujus vir sacros Ordines suscepit, ut statim profecti possit, etiam in habitu laicali quindecim menses in Monasterio steterit.
- 28 Vir, cujus uxor duodecim annis major Monasterium ingressa habitum regularem suscepit expectare debet donec annus probationis labiatur & professio sit emissa.
- 29 Convertita sunt persona Ecclesiastica, que alicui religioni addicta solemniter penitent.

- 30 Et possunt professionem emittere juxta dispositionem juris communis, etiamque constituciones.
- 31 Tenentur tamen ad elausuram formalem & emissionem trinum votorum, nec in eorum Monasterii reponi possunt Moniales aliorum Monasteriorum correctionis causa.
- 32 Novitia Ordinis S. Dominici in articulo mortis profecti possunt ante annum probationis ad effectum lucrandi indulgentiam, & gratias spirituales ex indulto Pii V.
- 33 Et quid post Bullam Greg. XIII. in tanta.
- 34 Regularis de licentia Sedis Apostolicæ ad laxiorem religionem ejusdem Ordinis transirent, an per alium annum in probatione stare, atque iterum profecti teneantur, & n. sequen. usque in hanc.
- 35 Regularis duobus modis transferri potest ab uno ad aliud Monasterium.
- 36 Monachus transfatus ad Prælationem alterius Monasterii an tenentur iterum profecti.
- 37 Fratres Minores transientes ad Ordinem Canonicorum Regularium anno probationis renuntiare non possunt, & n. 64.
- 38 Carthusiani strictissima omnium religionum.
- 39 Carthusiani petita, & non obtenta à suis Superioribus licentia recipi possunt ab Eremitis Camaldulensibus.
- 40 Minorum, & Capucinarum religionis alicuius respectibus sunt strictiores Carthusiana.
- 41 Annus probationis ad quid instituitur, & n. 58. & seq.
- 42 Professus in una religione censetur professus in omnibus quoad substantialia regula.
- 43 Novitius, qui post annum probationis exiit à Monasterio, inde ad triennium reversus potest statim profecti, nisi religionis aut personæ conditio sit immutata, & n. 64.
- 44 Approbat ad aliud officium non potest in simili officio reprobati requirent eundem personam idoneam.
- 45 Transiens ab uno ad aliud Monasterium non agit nova probatione.
- 46 Novitatus non exigitur ubi professio non est necessaria, & n. 67.
- 47 Regularis transfatus de strictiori ad laxiorem ejusdem Ordinis ex consuetudine illic admittitur ad officia & dignitates seculi religionis, & n. 65.
- 48 Religiosorum species differuntur ex diversitate professionis & habitus.
- 49 Religio strictior non dicitur considerata prima regula, sed habito respectu ad præsentem observantiam, & constitutiones ultra regulam factas, & n. seqq.
- 50 Transitus à Fratibus Capucinis ad Minores de Observantia non datur.
- 51 Nec à Cælestis ad Discalceatos ejusdem Ordinis.
- 52 Professio emissa ante annum probationis expletum ex Concilio Trident. est nulla, nullamque inducit obligationem.
- 53 Verba universalis, & geminata quam habeat vim.
- 54 Regularium translatio Canonice fieri debet.
- 55 Transiens ad laxiorem religionem ejusdem Ordinis potest quocumque ad primam redire, nisi in secunda fuerit tacite vel expressè professus, & n. seq.
- 56 Transfatus ab uno ad aliud Monasterium ejusdem religionis potest per Abbatem ad libitum revocari ad primam.
- 57 Religiosus non licet temere convolare ab uno ad aliud Monasterium.
- 58 Regularis Prælati quanta cum cautela debeant novitios ad professionem recipere.
- 59 Regularis quam pernitiosè à religione deficiant.
- 60 Regularis quo pretextu se excuset à proprietate.
- 61 Transitus ad laxiorem religionem causa præcipua est infirmitas, ac debilitas complexionis.
- 62 Transfatus ad laxiorem religionem post Concilium Tridentinum anno probationis renuntiare non potest.
- 63 Fratres Minores ad Conventuales ejusdem Ordinis transientes sunt incomparesi successione ex Bulla Alexandri VI.

didum esse Monachum fieri ante unum annum probationem, ut hic, & cap. Gonzaldus, hic, & Canonica institutio interdicit Monachum ante unum anni probationem effici,) 17. q. 2. & pondera illud verbum, regulariter, hic positum post infra, quod indicat hoc non esse perpetuum, nam quandoque statuitur biennium, ut in c. si quis incognitus, eadem caus. & quest. quandoque vero triennium, ut in c. Monasteriis, 19. q. 3. Unde factum est ut in hac Canonum varietate circa probationis tempus quatuor emerissent opinionēs. Prima opinio est eorum, qui dixerunt idcirco diversa tempora fuisse statuta, ut ostendatur tempus probationis esse

arbitrarium, argum. cap. De causis, supra de offic. deleg. ac proinde archæi, & prorogari posse, quinimò & profus tolli, nam statim quis potest recipi, & renuntiare beneficio hujus probationis, ut hic patet, & in c. Statuimus, infra eod. & hanc opinionem recepit primo loco gloss. Joannis in d. c. Gonzaldus, in verb. Unus anni, & eam sequitur gloss. 1. hic & Abbas in ult. notab. n. 8. vers. Mihi autem.

Secunda opinio est gloss. præallegatæ in d. c. Gonzaldus, que distinguit an is, qui converti desiderat, sit Clericus notus, & tunc probetur per annum, juxta text. in d. c. Gonzaldus. An vero sit Clericus ignotus, sive laicus notus, & probetur biennio, ut in d. c. Monasterii, vel demum, sit laicus ignotus, & probandus sit per triennium, ut in d. cap. si quis incognitus. Si tamen Clericus notus per annum statim converti voluerit, admittatur, ut in hoc cap.

Tertia opinio fuit Hagonis hic relati ab Host. n. 1. & à Joan. Andr. n. 6. qui sic distinguit, videlicet vita, & conditio ejus qui vult converti sit nota, probatur per annum, & sic loquitur d. c. Gonzaldus. Si conditio sit nota, sed vita ignota, probatur biennio, & sic loquitur d. c. Monasterii. Si vero utrumque ignotum sit, id est tam conditio, quam vita; tunc triennium erit expectandum, & sic loquitur d. c. si quis incognitus, c. Legem 53. & cap. Multos 54. dist.

Quarta denique opinio est aliorum, quos tacito nomine hic recepit Host. n. 1. qui exultimant veterum Canonum diversitatem fuisse correctam per jura posteriora, que restringunt se ad annum, ut hic, & in c. Statuimus, infra eod. cum suis concordantibus.

Verum hæc ultima opinio non placet Hostien. quia cum eadem diversitas non reperitur expressè revocata & sit rationabilis, remanet in jura terminis, ut in Auth. de non alien. Eccl. 5. fin. col. 2. Quod enim non mutatur, quare fræ prohibetur 1. Sancimus, c. De testam. l. Præcipimus, in fin. c. de appellat. & Magistri, qui jura, cum salvoari possunt, sine causa corrigunt, tenuiorum sunt transgressores, contra id, quod legitur in c. 1. in fin. de sepultur. Nec secundum eam obstat jura moderna, quia etsi indistinctè loquuntur, tamen possunt, & debent distingui per jura antiqua que distinguunt, ut l. Non est novum & l. seq. ff. de legibus.

In hac opinionem dissidentia tu dic ex generali consuetudine omnium ferè ordinum regularium receptum esse, ut probationis tempus ultra annum non extendatur, & idemmet Host. hic n. 2. & Joan. Andr. n. 6. ad fin. latenter de consuetudine omnes sequi concordant opinionem; ac proinde in iudiciis non esse ad ea recedendum, arg. l. Minimi, ff. de legibus.

Hæc igitur consuetudo, quidquid distinxerunt jura antiqua, indistinctè servanda est; quia consuetudo potest legem interpretari & tollere, §. Leges 4. dist. cap. Certificari de sepul. Butr. hic n. 5. Præterim vero quia Concillationes, & distinctiones Doctorum circa probationis tempus non cadunt difficultate; nam textus noster, qui præscribit terminum unius anni, tantum abest ut se restringat ad Clericos notos, ut potius expressè loquatur etiam de ignotis, ut patet ex illis verbis, de reliquo certa novitia non habetur, & text. in d. cap. Gonzaldus 17. q. 2. in præfatione temporis annalis refert se ad regulam B. Benedicti, que absque ulla distinctione Clericorum, vel laicorum jubet probari novitios per duodecim menses, quibus elapit, suscipiantur in Congregatione, nec licet eis ex illa die egredi de Monasterio, ut Rubrica de disciplina suscipiendorum Fratrum c. 58. Quibus hodie accedit jus novissimum Concilii Tridentini, quod in cap. 15. sess. 25. de regular. non per verba indefinita, sed universalia præfixit probationis terminum unius anni in quacumque religione, & in cap. 16. immediate sequenti præcipit, ut finito tempore Novitatus, Superiores quoque habiles invenerint ad profectendum admittant, aut e Monasterio eos ejiciant.

Ex quibus verbis apparet tempus probationis à Superioribus regularibus ultra annum prorogari non posse, cum inferiores à Papa dispensare nequeant contra generale Concilium, Extravag. Sancta Romana, §. Quidam autem, & hic gloss. in ver. Concilii de religio. dom. & probavi latissime in cap. Nimiti, à n. 2. supra de sepul. Præterim. Unde mos fuit legitima subfistente causa, hujusmodi prorogaciones obtineri à Sede Apostolica, & in specie cum virgo Monasterio ingressa, adverte valentibus correpta, dubitaret ne post annum probationis, cujus finis instabat, professione non emissâ Monasterio eijceretur, juxta cap. 16. sess. 25. de regular. vers. Finito tempore professionem autem emittere non possit volentibus Monialibus, que verebatur, ne ob morbum incubitum esset Monasterio, ad illud agendum cum Sanctissimo, ut concedatur prorogatio ultra menses sex à finito anno, donec duret spes recuperande sanitatis, Sanctissimus annuit ut concedatur ista prorogatio. Et amplius putavit cap. 16. sess. 25. de regul. vers. Finito, non comprehendere Moniales, sed tantum viros, qui tamen in re dixit amplius à Sacra Congregatione

deliberandum. Sacra Congregatio deliberavit d. c. 16. etiam Moniales comprehendere: quia cap. 15. precedens loquitur tam de Monialibus, quam de viris; & subest eadem ratio. Rursus cum Olympia Spinula Monasterium ingressa dubitaret, ne emissâ professione bona sua apud mercatores existentia recuperare non possit; & tempus probationis emittende infaret, petiit à S. Congreg. ut sibi liceret manere in Monasterio ultra tempus novitatus, nec tamen propterea intelligeretur tacite profecti, Sacra Congregatio censuit quoad tacitam professionem posse Olympiam sibi coverre per protestationem, ut possit autem ultra tempus novitatus manere in Monasterio & non profecti, opus est ut Sanctissimus det dilationem. Sanctitas sua indulget sex menses ultra annum novitatus, ut manere possit in Monasterio absque professione. Fateor tamen non videri prohibitum Superioribus, quia possunt professionem prorogare ex aliqua juxta causa ad breve tempus, & ita intelligi potest alia declaratio, que dicitur esse tempus probationis esse arbitrarium, & ultra annum prorogari posse; alioquin nimis durum esset ut novitius revoluto anno probationis confestim & nulla interfecta mora expellendus esset à Monasterio, si proinus ob legitimum aliquod impedimentum profecti non possit; aut pro quolibet brevi dilatione impetranda recurrendum esset ad Sedem Apostolicam, præsertim ex longinquis partibus, arg. c. un. §. fin. Ne sed vacan. lib. 6. l. Si longus, §. fin. ff. de judic. ad quod vide que scripsi in d. c. Nimiti à n. 25. usque ad n. 30. supra de sepul. Præterim. verba igitur d. c. 16. vers. Finito tempore, videntur cum aliqua moderata libertudine, & civiler accipienda ex not. per gloss. in l. Annullus, in ver. Civiler, ff. de verbor. signifi. Et ex his sublata remanet prima opinio Joannis glottatoris & Abbatis quod tempus probationis absolute sit arbitrarium. Ceterum idem secunda, & tertia opinio distinguunt inter Clericos & laicos notos, & ignotos; quia novissimè ex Constitut. Sixti V. Cum de omnibus in Bullar. tom. 2. pag. 601. & ex decretis Clem. VIII. super receptione, & educatione novitiorum, statutum est, ut quod attinet ad novitiorum recipiendorum formam, diligens perquisitio habeatur de unicujusque natalibus & vita antea. Atque ita hodie distinguendum non est inter notos & ignotos; vel quorum conditio, aut vita est nota, vel ignota, qua nullus, cujus conditio, aut vita ignoratur, recipi potest nedum ad professionem, sed nec ad habitum novitatus. Tene igitur tempus probationis regulariter ultra annum non extendi.

Fallit primò, hæc regula in novitio ad profectendum inhabili ob defectum ætatis, nempe quia non excecit annum decimum factum à Concilio Tridentino præfixum in c. 15. sess. 25. de regular. Lex enim quantumcumque generalis tempore restringitur ad personas habiles cap. Unico, de estat. & qual. lib. 6. c. 1. de sepul. Præterim. cod. lib. & notat Decius in cap. Cum omnes in a. lictur. n. 2. supra de Constit. & Jalon. in l. 2. §. Prætor. n. 3. ff. qui satis dar. cogant. Unde cum novitius quidam esset proximus professioni, necdum æget decimum tertium annum, dubitavit superior an possit permittere, ut in novitatu maneret usque ad tempus professionis, vel potius eum ejicere deberet, Sacra Congregatio censuit sic posse, quia Concilium d. cap. 16. vers. Finito, loquitur de habitibus ad emittendam professionem; sed hic non est habitus, cum ætatem non habeat. Præterea S. Congregatio inclinavit in hanc sententiam, ut in masculis non sit præfixitum tempus à Concilio ad suscipiendum habitum, quod autem in mulieribus, dixi in c. Cum virum supra eodem. Idem responsum in quibusdam inhabilibus, qui non adhuc fectebant legere, nec officium ordinare prout Religionis instituta possent.

Deinde fallit eadem regula in religione Societatis Jesu in qua novitii probantur biennio, hoc enim institutum nequaquam fultit; imò expressè præservavit Tridentina Synodus in d. c. 19. sess. 25. de regular. nam posteaquam jusse novitios expleto anno probationis ad professionem admitti, aut e Monasterio expelli; immediate subjunxit, Per hæc tamen S. Synodus non intendit aliquid innovare, aut prohibere, quin religio Clericorum Societatis Jesu, juxta pium eorum institutum à Sancta Sede Apostolica approbatum, Domino & ejus Ecclesiæ invicere possit.

Secundò, nota ad Abbatem pertinere Monachum recipere ad habitum & professionem, ut patet ex littera hic, Abbat. professionem recipiente Monasticam, & Monachalem habitum concedente, concordat text. in c. Porrectum supra eod. hic, ex quo à convertendo votum emittitur & recipitur ab Abbate. Non tamen intelligat hoc jura spectare ad Abb. solum, sed ad Abb. & conventum simul, circumscripta consuetudine, vel privilegio, cap. fin. & hic notat gloss. in ver. Permittat, post Jo. Monach. & Archidiacon. infra eod. lib. 6. gloss. fin. & DD. in d. c. Porrectum, Lapsus allegat. 31. incipien. Prima conclusio n. 1. & adhuc requiritur major pars conventus, c. 1. cum h. notat. infra de his qui sunt à major. part. Cap. Lapsus ubi supra n. 3. Navar. in cap. 3. n. 5. de Regulari. &

352
 & vers. Quid de Archidiacono, Anchar. num. 7. & communitur Doctores, ut Abb. tentat n. 12.
 25 Sed tu adverte; nam aut in manibus Episcopi emittitur professio non determinata ad certam Religionem vel Monasterium & votum hujusmodi non potest dici solemne, sed simplex, quod non dirimit Matrimonium post contractum licet impediat contrahendum, ad hoc enim ut votum ita solemnizetur, necesse est ut fiat professio expressa vel tacita in aliqua de religionibus per Sedem Apostolicam approbata ut dicitur in c. un. de voto lib. 6. Ad idem cap. ut infra de religio. dom. & c. 1. eod. tit. lib. 6. Aut professio determinata est ad certam regulam & vel religionem approbatam, & tunc non potest Episcopus quemquam illi religioni vel ordini incorporare invito Abbate & Conventu, ad quos hoc jus noscitur pertinere ut hic & in prædicta Decretali, Ad Apostolicam, & utrobique notant gloss. & Doctores. Unde merito Innoc. opinionem resciluit hic Butr. n. 9. in fin. vers. Attende ne Innoc. faciat te errare. Cardin. in 7. qu. n. vers. Dic etiam cum Episcopus & Abbas n. 12. vers. Sed D. Antonius. Multo autem difficilius ad praxim deduci potest opinio Innocentii post Concilium Tridentinum; nam ex decreto c. 15. sess. 25. de Regular. invalida est professio illius, qui non itur per annum in probatione post susceptum habitum. At non potest dici in probatione ista, qui nunquam ingressus est Monasterium, sed tantummodo habitum petiit in domo propria, quantumcumque vixerit sub obedientia Episcopi; quoniam nec ipse auctoritate religionis probavit, nec religio mores illius, qui est finis propter quem tempus probationis fuit à SS. Patribus institutum, ut legitur in d. c. Ad Apostolicam. Qua de re scripti plenius in d. c. Instruente in 1. qu. num. 26. & 41. Fateor tamen in tribus casibus posteaquam annus probationis præcessit intra claustra posse fieri professionem regularem in manibus Episcopi, adeo ut impediat Matrimonium contrahendum & dirimit post contractum ad præscriptum d. c. un. de voto lib. 6. Primus est in Episcopo Ecclesie regularis, velut Ecclesie Pamplionensis & Vintoniensis. talis namque cum simul sit Episcopus & Abbas utique potest Monachos sibi subiectos ad professionem admittere ut determinat Compollanensis in c. Cùm casum n. 1. sup. de elect. quem sequuntur communitur Doctores, ut ibi dixi n. 18. & seqq.
 28 Secundus casus est in Monasteriis, quæ abundant redditibus & patiuntur defectum Monialium; nam potest Episcopus monere Abbatissam & Conventum, ut de novo debeant aliquos creare, quod si infra terminum eis præfixum non parent, posse Episcopum illorum negligentiam supplere, ibique Moniales constituit, arg. eorum quæ notantur in c. Ex parte supra de conc. præb. & tenet Gem. in c. fin. post medium. vers. Sed si abundaret & Philipp. Franc. post eum num. 2. vers. Quid tamen Monasterium, infra eod. lib. 6. Quod ego intelligo verum in Monasteriis non exemptis, alias enim non pertinet ad Episcopum supplere hujusmodi negligentiam, sed ad illarum Superiores, vel ad eadem Apostolicam, ut ex supra. Sicur. ibi, Nisi à jurisdictione tua exempta sit, de suppl. negl. Prælat. & in c. Cùm singula, §. prohibemus in fin. ibi, per Dicojanum si exempta non fuerint, alioquin per Sedem Apostolicam ordinentur. & illic notant Gemin. & Franc. ambo in ult. not. de Præb. lib. 6. nisi specialiter cautum sit, ut Dioecanis auctoritate delegata suppleat negligentiam exemptorum, ut sit in casu Clem. n. supplen. negligen. Prælator. At verò cessante negligentia, etiam in Monasteriis non exemptis Monialium receptio de jure non spectat ad Episcopum, sed ad Abbatissam & Conventum, ut c. Si ad solum & ibi notant Joan. Monachus & Archid. de regulari lib. 6. & tenet Lapsus allegat. 31. incip. Prima conclusio, ubi propterea subdit, quod si Episcopus mandat Abbatissæ & Conventui, ut unum recipient in Monasterio non Mendicantium & Abbatissa concordat cum quoque, & duodecim dissentient, non debet illa recipi, ex quo de jure Sanctimonialium receptio spectat ad Abbatissam & majorem partem Conventus, ita ut si Abbatissa vellet recipere, non possit & si à tali receptione appelleretur, appellatio est legitima, ut cap. 1. supra de iis, que sunt à majori par. Capituli. nec potest Episcopus præcipere, ut certam personam recipiant, cum electio debeat esse libera, cap. Cùm terra supra de elect. Ita Lapsus, quem totidem verbis referunt in cap. fin. infra eodem lib. 6. Gemin. circa medium, vers. Idem tenet Lapsus, & Franc. num. 1. in gloss. 2. Licet ipsi tribuant Episcopo majorem auctoritatem in hujusmodi Monasteriis non exemptis, nam secundum eos; etiam cessante omni negligentia, potest Episcopus creare Moniales, ut hic & in c. Dudum, de convers. conjugat. & cap. De viduis 27. quæst. 1. & mandare Abbatissæ, ut illam sic receptam à se recipiat in Monasterio, arg. capite Placuit 17. quæstione 1. & tenetur tunc Abbatissa recipere, etiam non habeat defectum Monialium, cessante tamen legitima exceptione. Ergo multo fortius tenetur recipere ingredientem de mandato Episcopi; ad eum

namque spectat cura, & sollicitudo etiam Monachorum, ut in c. Qui vere, in fin. lib. 6. q. 1. c. Si quis Abbas, & c. Abbas 18. q. 2. & subdant ita tenere Gasparum de Calder. con. 16. de regul. sed hic nihil dicit ad propositum, sed in consp. 16. quod incipit, Receptione Monachorum, eod. tit. Verè tamen Calder loquitur in defectu Prælati regularis & tandem restringit se ad casum negligentem. Unde magis placet prima opinio Lapi, quam etiam loquitur Navar. con. 9. n. 12. de consp. Quod autem ait frater Ludovicus Miranda in Manual. Prælat. tom. 2. q. 8. art. 1. Abbatissas non posse novitias recipere sine suorum Prælatorum licentia, non probatur jure, & in Monasteriis subiectis Ordini Fratrum Minorum S. Francisci id specialiter est cautum à Nicolao V. ut refertur in Compend. Privileg. in verb. Abbatissa, §. 8.
 Tertius casus est in Monasteriis virorum, vel mulierum, quæ ita sunt Episcopo subiecta, ut ad eum spectet receptio Monachorum, vel Monialium, puta ex consuetudine præscripta, vel privilegio arg. d. c. fin. infra eod. lib. 6. & quod notatur in cap. Ex parte, de convers. conjug. & in specie tenet Card. hic d. n. 7. vers. Ad quam potest Episcopus recipere, & in hoc casu loquitur text. in d. c. Si vir 27. q. 2. cum aliis supradictis, nam de jure veteri Monasteria erant Episcopo subiecta, ut c. Monasteria 18. q. 2. cum suis concord. At vero in Monasteriis, & Religiosis exemptis, quales sunt hodie religiones sere omnes, ut plenè notavi in c. tuarum, infra de privi. tenendum est absolute non potest Episcopus habere facultatem admittendi quemquam ad professionem, ut per Card. ubi supra & Navar. con. 40. incip. Mattheus professus hoc tit. receptio enim ad professionem est actus dependens à potestate superioritatis, ut sentit Innoc. hic & apertius ait Gemin. in c. Constitutionem, §. 1. col. 2. vers. Quæro an professio debeat fieri & Navar. d. c. conf. 40. n. 2. ad fin. & clare probatur in decreto Concilii Tridentini c. 16. vers. Finito, hic superiores novitios quos habes invenient ad profectum admittant, sess. 25. de regular. Quod adeo verum est, ut cum in Decreto Clem. VIII. super forma recipiendi novitias ad habitum, & professionem promulgata sub die 19. Maii 1602. inter cetera constitutum esset ne in Conventibus designati Novitii ad habitum, vel professionem ulla tenentur recipi possent, nisi prævia approbatione Congreg. reformationis, vel Episcopi Dioecæsanæ, ut in Bull. tom. 3. pag. 130. Religionibus de hoc graviter conserentibus, hoc caput sublarum fuit. Unde in decretis de Apostatis & ejectionibus, in quibus decreta Clem. fuerunt innovata, atque inserta, de approbatione Episcopi nulla fit mentio, ut scripti plenius in cap. fin. infra eod. Hæc de Episcopo. Sed generaliter ad dignoscendum quis possit ad habitum, & professionem recipere, imprimis recurendum est ad consuetudines, privilegia, & statuta eujusque Ordinis, ut c. fin. infra eod. lib. 6. ubi ita notat gloss. in verb. Pertinet, Archid. Joan. Andr. Anchar. Gemin. & Franc. & Abb. in cap. Ad Apostolicam, infra eod. & novissime Navar. in præallegat. con. 9. n. 12. de consp. ubi amplius tollitur communem observantiam omnium Religionum, quæ ipse sua ætate tractavit hoc habere, ut Novitiorum, & Monachorum receptio fiat à Prælati immediatis locorum, five Conventuum particularium cum majori parte Capituli. Sed revera in multis Religionibus aliter observatur, & in specie in Ordine Fratrum Minorum S. Francisci ex regula cap. 2. cautum est, ut infra videlicet, si qui voluerint hanc vitam accipere, & venerint ad Fratres nostros, mittant eos ad Ministros Provinciales, quibus solummodo, & non aliis recipiendi fratres licentia concedatur. Et dictio illa taxativa, solummodo, non excludit Ministri Generalem, ut declaravit Greg. IX. in explicatione regulæ. Quin imò sensus illorum verborum est, ut licentia recipiendi novitios à Ministris Generalibus concedatur solummodo Ministris Provincialibus, & non aliis, secundum Hugonem, & alios expostores, & præsertim Cordubam super c. 2. q. 7. Idque colligitur ex c. Existit qui seminat, §. Sed quoniam, de verbis. signis. lib. 6. hic, [Concedimus & præsentis statuto firmamus, licere non solum Generali, sed etiam Provincialibus Ministris personas fugientes à seculo in fratres recipere, quæ Ministrorum Provincialium licentia per ipsum Generalem, scilicet expedire videtur, possit archid.] Similiter in Ordine Prædicatorum 37 Constitutionibus dist. 1. c. 13. §. 3. sic legitur: [Nullus recipiatur in fratrem Clericum ad probationem, vel professionem, nisi à Priori Provinciali, vel ab eo, cui super hoc dederit licentiam specialem, vel à Priori Conventuali cum assensu totius, vel majoris partis Capituli, Conventum autem non recipiat Prior Provincialis, nec aliquis de ejus licentia, nisi de consensu Prioris, & duarum partium fratrum qui sunt de Conventu, pro quo fuerit induendus. Nec Conventus aliquis recipiat Conventum sine licentia Priors Provincialis.] In Ordine itidem Eremitarum S. Augustini ex Constit. 2. par. cap. 1. ita cautum est, videlicet, Recipiuntur autem (scilicet Novitii) de licentia Priori Provincialis, & de consensu primo Patrum Concilii, deinde ma-

353
 joris partis Capituli.] Sed & in Ordine Carmelitarum ex Constitutionibus Novitiorum receptio ad Priorem Generalem vel Provinciale dicitur pertinere juxta formam traditam par. 1. cap. 13. §. 5.
 38 Insuper Navari attestatio videtur confundi ex Constitutione Sixti V. Cùm de omnibus in Bullar. tom. 2. pag. 601. qua statutum est, ut majores 16. annis non aliter in aliqua Religione recipi possint, nisi de eorum qualitatibus hic præscriptis in Generali, vel Provinciali Capitulo plena fide facta tam Superioris Generalis, seu Provincialis, quam Definitorum consensu approbati, & ad habitum regularem admissi fuerint. Et in declarationibus ejusdem Constitutionis ad eodem Pontifice postea editis in §. 12. eod. tom. 2. pag. 603. Professiones non habita inquisitione, & servata forma superius præscripta nullæ, atque irritæ declarantur. Et quævis quoad caput nullitatis professionis ante dictam Constitutionem ad terminos juris rediret Clem. VIII. in Constitutione, quæ incipit, In supra, in Bullar. tom. 3. pag. 629. tamen in reliquis illam non revocavit, nisi salvas esse voluit pomas contra Superiores, qui in regularibus ad habitum & professionem admittendis illius Constitutionis formam non servaverint, licet Constitutionem suam paulisper moderatus fuerit isemet Sixtus in prædictis declarationibus §. 7. ubi quibusdam Religiosis indulget, ut cum quadam cautela hic expressa possint novitios recipere etiam extra Capitulum. Religiosis autem Societatis Jesu ab observatione prædictæ Constitutionis Sixti V. in recipiendis Novitiis nominatim exemit Gregor. XIV. in Constitutione, quæ incipit, Exponi nobis nuper fecit, in Bullar. tom. 2. pag. 704.
 40 In ultima glossa quero, an is qui juretis manibus tradidit seu reddidit se Abbati in Monachum & in Fratrem ex hoc censetur professionem emittere.
 Glossa ponit duos intellectus ad hanc Decretalem. Primus est, quod hic Canonici qui se tradidit Abbati in Monachum & in Fratrem censetur professus saltem tacite, licet formam non expresserit que habetur in c. Vidua 20. q. 1. neque huic lecturæ obstitit referens quæ dicit, Tali ut hat Monachus & reddat Domino quem promiserat, erat utique compellendus: quæ videtur innuere ut novitium esset professus, quoniam exponitur id est licet & vivat ut Monachus & in hac lecturam tandem residet, glossa & Innoc. in fine, dum exponit verbum fat; id est perleverit in eo quod iam est. Joan. Andreas n. 6. ubi etiam allegat Tancredum, Butr. n. 4. Anchar. c. iea finem in verbo fat & Abb. n. 13. & 14. in fine. Lapsus solummodo allegat. 129. incip. Factum super quo n. 10. Secundus intellectus est, quod ille Canonici fecit solummodo votum simplex, ut fieret Monachus tradendo se in manus Abbatis, ut in c. Per tuas infra de voto, ubi habetur consensu votum ingrediendi religionem & promissio de hoc adimplendo facta in manibus Prælati; & hoc intellectus illustratur hæc verba textus ex quo à convertendo votum emittitur, ut scilicet fiat Monachus. Unde qui sic promittit & vovit religionem ingredi, compellendus est ut fiat Monachus & reddat Domino vota sua, & sic planè fit ut littera; & cum hæc lecturæ videtur transire Holt. in fine, cum hæc recentè secundo loco & non reprobat.
 Tu tenes primum intellectum pro quo adduco textum ad hoc non ponderatum à Doctores in c. Conjaldu 17. q. 2. ubi deciditur Conjaldu Presbiterum tanquam non profectum recipere debere Beneficium quod relignavit, quia etiam quondam in infirmitate fervore passionis Monachum se fieri promiserat, non tamen Monasterio aut Abbati se tradidit, ut in textu, quali dicit; si se tradidisset bene etiam religionem recipere non posset tanquam legitime professus, ut c. Beneficium infra eodem lib. 6. probat ergo hic textus votum ingrediendi religionem solemnizari, licet postea votens tradat se Monasterio vel Abbati. De idè hoc ipsum probat, quia hic Canonici de quo loquitur hoc Capitulum, emisisset votum simplex juxta secundum intellectum non tradidisset se in Monachum in manibus Abbatis; sed potius de se tradendo vovisset & considerat hic Card. in 3. opposit. Præterea pondera hoc verbum reddere; hoc est tradere, ut exponunt glossa & Doctores. Tradere autem se Abbati seu in manibus Abbatis idem importat ac potestati Abbatis se submittere, c. Omnis 1. q. 3. & c. Addidit 20. q. 1. sicut textus in lege Traditionibus, eod. de pactis & in lege Traditio, ff. de acquirendo rerum domini cum conc. dantibus de quibus per Dinum in c. Non potest, de regulis juris lib. 6. at quis non subijcit se potestati Abbatis, nisi per solemnem professionem, c. Si Religiosus de elect. lib. 6. ergo idem est tradere se Abbati ac solemniter profiteri, tenet Lapsus allegat. 129. n. 10. præsertim ubi quis tradit se non simpliciter, sed in Monachum & in Fratrem, ut in textu, hoc enim nihil est aliud quam subijcere se Abbati tanquam Monachus; & que promittere obedientiam Monachalem, tenetur ingredi, potest tamen intra annum exire, nisi appareat eum voluisse vitam mutare, nam quoad Ecclesiam requiruntur de hoc indicia, ut in cap. Non solus, infra eodem lib. 6. Ita Holt. quem totidem verbis sequitur in III. Lib. Decretal.

non adaptatur hæc ratio quæ ponitur in textu, videlicet quod habitus non faciat Monachum; sed professio regularis. Et similiter alia ratio quæ subsequitur, videlicet ex quo à convertendo votum emittitur & recipitur ab Abbate itidem conventi professioni tantum, quæ cum pendat non solum ex voluntate profectus, sed etiam alterius ad sui validitatem exigit, ut recipiatur ab eo qui potestatem habet religionem incorporandi, ut abundè ostensum est supra in ult. not. non autem conventi simplici voto quod pendet ex voluntate solius votentis, nec indiget alterius receptione, ut cap. Quid Deo 32. q. 5. & cap. Ex parte tua, infra de convers. conjug. secundum Innoc. hic n. 4. Quibus accedit quod ille Canonici prius emiserat votum simplex ut fieret Monachus ac deinde gravi morbo correptus, ut suam sanaret conscientiam; & voluit reddere Domino quod promiserat, ne voto suo votum suum non complevisset si tradendo se in Monachum professionem non emisisset; sed potius voto simplici, aliud simile votum adijcisset, quod plane ineptum fuisset & nugatorium. Ac demum si hic ageretur de simplici voto Juniarum, non autem de professione regulari, hoc caput incongruè fuisset positum sub hac rubrica de Regularibus; & potius collocandum fuisset sub illa de voto & voti redemptione, prout factum est de prædicta Decretali Per tuas. Et miror quod Doctores ad hæc considerationes non advertant. Hæc itur sit conclusio, quod tradens se in Monachum & in Fratrem in manibus ejus qui potest Religionem incorporare, adimplet prius annum probationis, peregerit ad præscriptum Concilii Trident. c. 15. sess. 25. de Regular. eo ipso Monachus efficitur, & cogi debet in Religione perseverare; maxime si prius voverit, ut tenet Monachus, juxta text. hic & in d. c. Conjaldu 17. q. 2. & hic notant Butr. & Joan. de Anan. ambo in 1. not. dum ex hoc textu colligunt professionem induci, quando præcedit votum profectus, & postea subijcitur aliquod signum denotans professionem. Procedit autem hæc conclusio, quævis Regula, aut Constitutio Ordinis certam profectus formam præscribat, nam multominus tradens se Superiori in Monachum & in Fratrem, celetur tacite profiteri etiam ea forma non servata, ut innuit hic glossa fin. in princip. hic, licet forte non expresserit formam professionis, & Abb. n. 13. & Silveit. in ver. Religio, 3. in 1. & 18. q. in fin. Ratio est secundum Abb. quia Regula Monachorum ponens certam formam circa professionis actum non videtur ponere formam substantivam; eò quod cum obligatio dirigatur in Deum, defectus formæ non debet vitari actum, sicut videmus in excommunicatione, ut notatur in c. Sacro, infra de sent. excomm. Quod tamen limitabis, nisi regius, vel Constitutiones Ordinis à Sede Apostolica ex certa scientia confirmata procederent ulterius decernendo irritam professionem alter factam, quia tunc professio emissam non servata forma præscripta, non valeret, argum. c. Si juri, vers. Nisi nos in gratia, de concess. præb. lib. 6. cum suis concord. Potest enim Papa infringere professionem, itant obligationem non inducat, ut c. 1. de religio. dom. lib. 6. & cap. Non solum, & hic Gemin. in 15. not. de Regular. eod. lib. Ad hoc Concil. Trident. c. 15. vers. Professio autem antea facta sit nulla nullaque inducat obligationem, & c. sess. 25. de Regular. Et idem est licet regula præscriberet formam professionis pro hæc verbis, videlicet, (Professio alter fieri non possit;) tunc enim professio alter facta irrita esset; quia per hoc censetur data forma substantiva, cui à partibus renunciari non potest, ut notat Butr. in 1. fin. num. 4. c. de vend. reb. civit. lib. 11. & Felin. in d. cap. Cùm dilectan. 6. de rejecis. ubi enumerans decem signa formæ, septimum signum, inquit, ubi in dispositione dicitur, aliter fieri non possit, hic est data forma, & ei non potest renunciari; item hæc verba, Aliter fieri non possit, inducunt decretum irritans, ut ait Parisius con. 19. n. 20. lib. 2. Item verbum, potest, negativè prolatum necessitate importat, secundum Butr. in 1. De his n. 4. ff. de transact. Se vide in materia quod scripti in c. Casum n. 21. & 24. supra de elect.
 41 Ulterius Quæro, An is qui vovit ingredi Religionem, tenetur & cogi possit in ea perpetuo remanere.
 Quæstio duas habet inspectiones. Altera est an sic vovens in foro Ecclesie cogi possit in Religione perseverare. Altera an ad id teneatur in foro conscientie.
 Circa primam inspectionem Holt. hic n. 1. ait in hac materia vim fieri posse in verbis, nam si dixerit, Voveo me perpetuo religionis victurum, & talem religionem servaturum tunc non potest redire ad seculum, c. Conjaldu & c. Statimus, infra eod. quali saltem tacite professus intelligatur, arg. c. Diaconi 26. dist. nisi ex causa contrarium profectetur ut c. 1. supra quod met. caus. Sin autem dixerit, Voveo me intraturum religionem, tenetur ingredi, potest tamen intra annum exire, nisi appareat eum voluisse vitam mutare, nam quoad Ecclesiam requiruntur de hoc indicia, ut in cap. Non solus, infra eodem lib. 6. Ita Holt. quem totidem verbis sequitur in III. Lib. Decretal.

quantur Joan. And. n. 6. Card. in 3. opposit. Anchar. sub n. 10. in ver. Fiat, & alii committunt.

54 Verum glossa ultima in ver. Talis ergo, vult in effectu ut qui promittit, aut vovit intratum aliquam religionem compelli possit & debeat ut fiat Monachus, quod spiritus est, ac si dixisset, compelli potest & debet, ut professionem emittat Monachalem; & consequenter perpetuo remaneat in religione, nam si glossa sentiret sic voventem cogi posse tantummodo ad intrandum, non autem ad perseverandum, non dixisset eum posse compelli, ut fiat Monachus; quia per solum ingressum sine professione quis Monachus seu Religiosus non efficitur cum effectu, ut dicitur textus in c. Religiosus, §. Quamvis autem de sent. excomm. lib. 6. licet Cajetanus aliter sentiat in 2. 2. q. ult. art. 4. ver. Ad primum dubium, ubi similiter probat votum de ingressu religionis & votum de fieri Religiosum aequivalere; & utroque casu voventem teneri tantummodo ingredi ut novitum, non autem perpetuo perseverare.

55 Et pro opinione glossa valde arguit quod quando ponitur in conditione factum quod juris sortitur effectum, puta si Matrimonium contraxerit vel si Monasterium intraverit vel aliud simile, tunc si implementum conditionis non durat factum illius qui tenetur adimplere, conditio habetur pro non adimpleta, textus est in lege Inter Castellianam, ff. de arbitris, ubi condemnatus rem tradere non implet preceptum rem tradendo, nisi res tradita daret, unde si res ad eum revertitur, restituitur tenetur ut lege Qui sic solvit ff. de solut. ubi non dicitur solvere qui solvit & in conditioni recuperat. Unde Angel. conf. 159. incip. Conradus Alberti n. 4. format quætionem, an is qui intravit Monasterium & postea exivit, consequi debeat relictum sub conditione si Monasterium intraverit; & per jura prædicta resolvit talem esse privandum relicto si factum suo exivit; quia non dicitur conditionem implevisse, sed si sine facto & culpa sua, ut lege Si quis hæredem, cod. de insti. & substi. licet Bart. hic super hoc dubitaverit de solum quæsitum & quætionem indiffusam dimiserit.

58 Quid dicendum? Pro solutione plures casus videntur distinguendi. Primus est in eo, qui ad Monasterium exivit non sponte, sed coactus, puta quia a Superioribus regularibus ante professionem eiecerat fuit, ut in Conc. Trident. cap. 16. ver. Finito, sess. 25. de Regular. de hoc casu votum intelligitur adimpletum, nec potest Ecclesia talem compellere, ut iterum ad religionem reverteretur. Ratio est, quia quando implementum obligationis non durat sine facto & ministerio ejus, qui adimplere tenetur, obligatio habetur pro adimpleta, & eo casu sufficit implementum per momentum temporis extitisse, licet non duret, ut est textus apertus in d. l. Si quis hæredem, C. de insti. & substi. Ideoque legatum factum alicui si liberis successerit, statim debetur natis illis, licet postea moriantur, ut l. Cum uxore, Cod. quando dicit legati ead. quam legem hic summat Bald. videlicet, sufficit, ut conditio in momento temporis sit impleta. Et facti l. Hæreditarius, in princ. ff. ad Trebellian. Et l. Quid ergo, in fin. princ. hic. Ad insti. nuptiarum se restitit, ff. de his qui non insti. & hoc tenet Angel. loc. cit. Et hic primus casus parum habet difficultatis; quia obligatio voti, sicut & juramenti non extenditur ad impossibile, c. Significante, de pignor. c. 1. & hic glossa. in ver. Impossibilia, de jurat. lib. 6. l. Impossibilia, §. l. Inter stipulatum §. Sacram. ff. de verb. oblig. Et l. Impossibilia, ff. de regul. jur. Hinc relegatus in aliqua civitate sub poena conventionali etiam jurata, si dominus civitatis iussit eum recedere, poenam non incurrit, ex quo per eum non stat, cum non possit Superiori resistere, ut respondit Angelus, consilio 378. Dominus Batimandus & consilio 379. Et proprius ad rem nostram, qui vovit ingredi certam Religionem non intendens ad aliam se obligare, si ibi non recipiatur, non tenetur intrare aliam de solutus est voto, ut docet S. Thom. in 2. 2. q. 1. qui ult. art. 3. ad 2. quem refert & sequitur Silvest. in ver. Religio 2. num. 16. Post Richar. quem citat & Archid. in c. Scimus n. 2. 12. q. 1. Quando enim quis vovet intrare certam religionem subintelligitur conditio, si possunt vel si volunt nec recipere, quia conditio non existente, non existit votum ut post Hug. Card. inquit Archid. ubi supra.

63 Secundus casus est in eo qui non coactus, sed sponte exivit Monasterio; & tunc subintelligendum, nam aut exivit statim postquam ingressus fuit, aut non statim exivit, sed aliquando in religione perseveravit. In primo casu votum non adimplevit, ideoque ab Ecclesia cogi potest, ut iterum ingrediatur; quoniam non dicitur intrasse, quod statim exivit, text. est in c. Ad nostram, ubi, Statim sanxit quod habitum induisset supra ead. Et hoc casu habent locum jura, quæ dicunt. Non tenentur aliquid factum esse si factum non daret, ut c. Constat 1. q. 1. c. Vides 23. q. 6. l. Si filius, ff. Quod cum eo qui in alien. possit. Et l. Si pro patre, §. Vetus, ff. de rem. verjo. Unde brevi reverfa uxore

nec diversis videtur, dicit text. in leg. 3. in fin. ff. de doro. n. 18. dist. 2. Certum est in 1. q. 3. c. Missa, de consecr. dist. 1. c. Si postquam, & hic glossa in ver. Monte, & cap. Capientes, §. Si per viginti, ubi glossa in ver. Comparant, de elec. in 6. Facit text. in l. Plerique, ff. de ritu nupt. Et in l. vir mulieri, ff. de donat. inter virum, & uxorem alioquin si vovens ingredi religionem non tenetur intrare nisi per momentum temporis & possit illico recedere, votum esset frustraneum, & irritorium: quod non est dicendum, clem. Cum illuso de renunciat. & ita tenet Sanctus Thomas d. q. ult. art. 4. ad 3. ubi ait, eum qui intrat, ut statim exeat, non videri satisfacere voto suo; quia ipse in vovendo hoc non intendit & ideo tenetur saltem velle experiri an sibi expedit in religione remanere; & eum sequitur Archid. in capite Scimus, numero tertio 12. quæstione prima; & hic Bellamera n. 26. & Silvester in verbo Religio 2. n. 19.

In secundo autem casu, id est cum non exivit statim; sed aliquandiu permansit in religione, mihi magis placet opinio Host. & sequacium, ut scilicet liceat ei redire ad seculum; nec ulterius cogi possit ad Monasterium reverti, moveor, quia vovens ingredi religionem censetur ingressum novitia secundum formam Juris communis quæ est ut ingrediens datur annus probationis, ut c. Constat 17. q. 2. Et c. ad Apostolicam infra eadem cum suis concordantibus; & ita expresse docet Sanctus Thomas in 2. 2. q. ult. art. 4. in corpore ad finem; & sicut patet infra in secunda inspectione. Omnis enim dispositio simpliciter concepta videtur a Jure communi & ad illius intellectum est redigenda, lege 2. cod. de noxal. lege Quarto, §. Inter locatorem, ff. locati, c. causam qua de re script. Et c. Quædamdam de jurat. Anchar. cons. 6. Viso themate & cons. 221. Præmittendum est in primo. neque obstat quod obligatio non dicatur adimpleta, quando ejus implementum non durat factum illius qui tenetur adimplere secundum ea que dicta sunt supra n. 45. nam responderetur hoc casu implementum obligationis illius qui vovit ingredi religionem, non esse perpetuum perseverantiam in religione; quia ad illam se non astrinxit, saltem iudicio Ecclesie; sed esse ipsum ingressum in Monasterium ad probandas illius austeritates, cui quidem obligatio integrè satisfecit ingrediendo ibique tantum morando ut illius asperitates potuerit experiri juxta textum in c. ad Apostolicam Et c. non solum infra ead. lib. 6. unde ad ulteriorem perseverantiam non est ullatenus compellendus. Et ita in effectu respondit Cajetanus in 2. 2. q. ult. art. 8. in resp. ad 2. dub. ait enim: Verum est non venisse eum qui non fletit ad id pro quo venit; & ideo ingrediens religionem cum venisset ad religionis probationem, non diceretur venisse si ingressus aliquid probatione retrocederet. Sed si probationi operam daret, dicitur venisse ad religionem probandam, quia stat in religionis probatione, quæritur si sponte ingrediens religionem & in probatione illius se exercet & postmodum exiens, dicitur venisse & stitisse; quia venit ad religionem probandam & in probatione stetit, ita ex voto ingrediens religionem & probando illam, tandem exiens dicitur venisse & stitisse eadem ratione. Hac Cajetanus. Nec propterea talis dicitur inutiliter vovisse, quia ut inquit Divus Thomas dicto articulo quarto in responsione ad secundam, melius est intrare religionem animo probandi, quam penitus non intrare; quia per hoc disponitur ad perpetuo remanendum.

Circa secundam inspectionem, videlicet an vovens intrare religionem, tenetur hic esse perpetuo in foro conscientie de quoad Deum. Hostiensis hic n. 2. in fine quætionem patens absolvit, dicens, Sed quantum ad animæ salutem videtur vovens quid intendebat de relinquendo conscientie suæ, mulieri de jurat. & sequuntur alii supra citati n. 43. Si d ubi vovens votum expicit Divus Thomas in 2. 2. in præleg. q. ult. art. 4. in corpore; ait enim: obligatio voti ex voluntate procedit; nam vovere voluntatis est, ut Augustinus dicit ad hoc cap. magna infra de voto; in tantum ergo ferit obligatio voti, in quantum se extendit intentione voventis. Si ergo vovens intendit se obligare non solum ad ingressum religionis; sed etiam ad perpetuo remanendum, tenetur perpetuo remanere. Si autem intendit se obligare ad ingressum religionis causa experientis cum libertate remanendi vel non remanendi, manifestum est quod remanere non tenetur. Si vero in vovendo simpliciter de ingressu religionis, cogitavit absque hoc quod cogitaret de libertate exiendi vel de perpetuitate remanendi; videtur obligari ad ingressum religionis secundum formam Juris communis quæ est ut ingrediens datur annus probationis, unde non tenetur perpetuo in religione permanere; ita Divus Thomas contra distinctionem probantur hic Cajetanus & reliqui Expositores, Archid. in d. c. Scimus n. 3. 12. q. 1. & Silvester in verbo Religio 2. n. 19. Addit Richar. rextus hic & Silvester; quod si vovens intrat quidem animo exiendi; sed tamen eum voluntate dandi operam ut Deus immutat propositum suum; satisfacit voto, alias secus.

70 Ceterum adverte ne decipiari; nam quod superius diximus ex Divo Thoma, voventem ingredi religionem, in dubio censeri ingressum vovisse juxta formam Juris communis quæ est ut ingrediens datur annus probationis; non videtur ita intelligendum, ut hic vovens post probationem possit pro libito voluntas a religione exire etiam sine ulla causa, quandoquidem inter ingrediens sponte & ingrediens ex voto debet esse differentia; & quidem sponte ingrediens potest saltem quoad Ecclesiam ex sola ratione libertatis exire, ut probat textus in c. Statutus hic, ad priorem statum redire posse libere infra annum & in c. Cum simus hic, quia tunc liberum sibi erit eum dimittere infra eodem. At vero ingrediens ex voto tenetur religionem probare ac si invenerit illius conditiones sibi gratas ex vi voti obligatur ad perseverantiam, nec potest ex sola ratione libertatis ad seculum remeare. Nam sicut finis ingressus est probatio, ita probationis finis est gratatum vel ingratarum conditionum inventio. Inventionem autem finis quoad conditiones gratas est acceptatio, quoad ingratas refutatio. Recla namque ratio non patitur ut aliquid probandum datur, & reperitur omnibus probatur rei conditionibus gratis refutetur. Et confirmatur, quia tempus probationis inditum est tam in favorem novitii quam religionis, ut c. ad Apostolicam infra eodem. At religio si novitium jam probatum & habilem reatum pro sola libertate expelleret, utique ageret contra bonam fidem, ad hoc Concil. Trident. c. 16. hic finit tempore novitatus, Superiori novitius quis habiles invenerunt ad profectum admittant, sess. 25. de Regular. ergo pari ratione novitius est male fidelis reus coram Deo, si a religione jam probata ex sola libertate retrocedat. Uterque igitur, id est tam sponte ingressus quam ex voto, peccat recedendo a religione sine ulla causa. Sed ingressus sponte peccat venialiter tantum, arg. c. consulti infra eodem. Ingressus autem ex voto peccat mortaliter, quia intelligitur se obligasse ad probandum bonam fidem, quod non servat, licet in foro Ecclesiastico nihil ei obijci possit. ita Card. Cajet. in 2. 2. d. q. ult. art. 4. in resp. ad 3. dub. ubi hæc fuit probat & responderi obijci. Quæ doctrina est valde notabilis si vera est, non tamen transit absque difficultate, saltem in ea parte in qua habet sponte ingrediens votum, sed mox subdit secundum alios peccare tantum venialiter. Et per illum textum Hostiensis in capite Consulti, n. 9. infra eodem; dicit peccare eum qui proposuit se fieri Monachum, si propositum non adimpleat, licet votum non fecerit.

cedit a Monasterio, non peccat eum hoc faciat legis auctoritate, c. Qui peccat 23. q. 4. Item propositum ingrediendi religionem non obligat etiam ad veniale, ut post Divum Thomam in 2. 2. q. 88. art. 1. probat Archid. in c. Qui bona n. 317. q. 1. & Navar. in manuali c. 12. n. 26. Et in resp. c. Pennata n. 1. de panis. dist. 2. Comment. tom. 3. pag. 171. ergo ab hujusmodi proposito recedere nullum est peccatum & hujus sententia videtur esse aperte Divus Thomas d. q. ult. art. 4. in resp. ad 1. dum ait: non intelligitur aliquis retroire vel aspicere nisi quando gratermittit id ad quod se obligavit, alioquin quicumque per aliquod tempus facit aliquod bonum opus, si non semper id faciat, esset in peccato Regno Dei, quod patet esse falsum. Et in responsione ad secundum dicit: eum qui religionem intravit, scandalum non generare si exeat; præsertim ex aliqua rationabili causa, Pondera dictionem illam præsertim que proprie idem importat quod maxime; & quantum exprimat casum minus dubitabilem, tamen implicat idem esse in casu contrario, videlicet si sine ulla rationabili causa exeat, ut c. Diversa fallacia de Cler. conjug. c. ex litteris li secundo; & hic notat glossa in verbo Præsertim de homic. Gemin. conf. 16. n. 4. in fine verbi. Non obstat; & Calder. conf. 548. alius 3. de verb. signif. libet tamen hic referre verba Silvestri contrarium insinuantia in verbo Religio 5. q. 8. n. 8. ad finem, quæ sic se habent. Qui ergo solum proposuit perseverare non vovendo nec se offerendo professioni, potest intra annum ad seculum redire de jure & contrahere Matrimonium, etiam sine peccato quoad Ecclesiam & etiam quoad Deum si rediat ex justa causa, puta infirmitate vel debilitate; si autem ex causa injusta, puta tædio sanctæ vite vel hujusmodi est peccatum ingratitudinis. Hæc ille. Ex pro opinione Silvestri & Cajetani allego optimum textum in c. Qui bona 17. quasi. 1. ubi Gregorius ait: Qui bona agunt, si melius agere deliberant & post deliberata non faciunt, licet in bonis prioribus perseverent, in conspectu tamen Dei ceciderunt ex deliberatione; & hic glossa 1. exemplificat in eo qui prius proposuit Matrimonium contrahere & deinde continentiam servare; & allegat Hugonem dicentem hunc mortaliter peccare si firmiter proposuit, sed mox subdit secundum alios peccare tantum venialiter. Et per illum textum Hostiensis in capite Consulti, n. 9. infra eodem; dicit peccare eum qui proposuit se fieri Monachum, si propositum non adimpleat, licet votum non fecerit.

DE REGULARIBUS

Cælestinus III.

CAPUT XIV.

Cum filio suo discretionis annos nullatenus attingente, ad quoddam Monasterium cum bonis suis etiam contulisset, dictum filium suum fecit habitum suscipere Monachalem, & infra. Discretionis tuæ taliter respondemus, quod si dictus puer ad annos discretionis pervenerit & habitum retinere noluert Monachalem, si ad hoc induci nequiverit, non est ullatenus compellendus; quia tunc liberum sibi erit eum dimittere, & bona paterna, quæ ipsi ex successione proveniunt, possidere

SUMMARIUM.

- 1 Pater si cum bonis suis & filio impubere se abstulerit Monasterio, filius iustus major exire potest & legitimam a Monasterio petere.
- 2 Professionis vim obtinent hæc verba: coarcto me & mea Monasterio.
- 3 Filius impubes a Papa oblatas, Monasterio cogitur hic remanere usque ad pubertatem; sed factus pubes, libere exire potest.
- 4 Monasterium quomvis habeatur loco filii, non tamen excludit filium legitimum & naturalem & successione paterna quantum ad legitimam & n. seqq.
- 5 Filiatio vera prævalet ficta.
- 6 Legitima an debeatur filio statim atque pater in religione capaci bonorum in communi professionem emittit; an verò expectanda sit ejus mors naturalis & n. seq. usque ad n. 13.
- 7 Successio proprie adaptatur ad defunctum.
- 8 Quondam dictio solet communiter apponi, quando fit mentio de mortuo.
- 9 Successionis verbum adaptatur etiam ad Monachum viventem, cum juris fictione dicatur mortuus.
- 10 Authentica Si qua mulier, cod. de Sacrosancta Ecclesia, non est canonizata in c. Si qua mulier 19. q. 3. & cur.
- 11 Legitima non debetur filio, nisi post mortem patri natura.

- 12 *In pater potestatis subicitur per mortem civilem sicut per naturalem.*
- 13 *Puelle Monasterium ingredi volenti, an sit indulgentum ut fideicommissum non purificetur per illius professionem; sed prorogetur usque ad diem mortis naturalis & n. seqq. usque in finem.*
- 14 *Legatum dotis majoris si puella nupsit, minoris si Reli-*

15 *Um finit. Si pater se cum bonis suis & filio impubere obtulit Monasterio, filius factus nator exire potest Religionem & legitimam a Monasterio petere. Hoc dicit Abbas. Communis divisio. Secunda hic. Discretio.*

16 *Nota primo hic. Contulisset hac verba Consero me & mea Monasterio vim professionis obtinere, ut hic & in c. proximo supra eodem & retant hic Innoc. in trine. Host. post principium in verbo Contulisset, Joannes Andreas numero primo in eodem verbo & Butrius numero tertio, quod tamen intelligit, ut dixi in capite in presentia in 1. notab. supra de probat.*

17 *Secundum nota quod etiam paterna devotio seu oblatio filium impubem facit Monachum, ut in Concilio Tolitano IV. c. 48. relato in c. Monachum 20. q. 1. & in c. Cum voram supra eodem. Hoc tamen intelligitur quoad hoc, ut filius cogatur in Monasterio perseverare usque ad pubertatem, ut hic per Abbatem in 1. notab. Sed adveniente pubertate, liberum erit ei in Monasterium remanere vel ad seculum redire, ut hic est expressum in his verbis. Si dicitur pater ad annos discretiois pervenerit & habitum retinere noluert Monachalem; si ad hoc induci nupuerit, non est violentus compellendus; quia tunc liberum sibi erit cum dimittere. Concordat c. Illud 20. q. 1. & q. 2. c. si in qualibet; & hic notat Host. n. 1. Joan. Andr. Card. Anchar. & omnes in summa textus de quo tamen dic ut plene scripsi in d. c. Cam virum supra eod.*

18 *Ultimo nota hic bona paterna qua ipsi ex successione proveniunt, ex eo quod pater ingrediatur Monasterium & hic professionem emittat, filium non privari successione paterna, quia licet Monasterium habeatur loco filii, ut in c. In presentia; & hic d. xi in 5. notab. de probat. non tamen excludit filium legitimum de naturali a successione, quia veia filiatione prevaler facta, ut hic per Butrium n. 4. intellige quantum ad legitimam qua filius privari non potest, cum sit iure natura debita; sed reliqua bona Monasterio remanebunt quia illa concepta sunt ex ingressu, ut in Aut. si qua mulier, cod. de Sacros. Ecclies. quam Abbas dicit esse canonizatum in c. si qua mulier 10. q. 2. & in Aut. Ingressu, cod. eodem; & hic retant gloffe p. n. l. Innoc. in fin. Host. n. 3. Butr. n. 5. & reliqui omnes.*

19 *Sed non modica est difficultas, an legitima debeat filio statim ante pater in ratione capiti bonorum in communi percipi, nem emittit; an vero expectanda sit mors naturalis ipsius patris?*

20 *Legitime communitur videtur sentite expectandam esse mortem naturalem, ita gloffa in d. Aut. si qua mulier in verbo mortuar, cod. de Sacros. Ecclies. cum qua concordant hic Jacob. Butrigar. q. 8. Cimus n. 5. Bart. n. 22. Salicet num. 9. 21. Alberti n. 7 & 8. & Jalon. d. n. 51. & c. Canonibus in d. c. in presentia de probat. Butr. n. 29. Felin. n. 56. Pauli. n. 166. Decius n. 261. & Bero n. 536. Guillel. de Benedict. in refert. c. Raimundus in verbo mortuus itaque testatore, si primo n. 299. de testam. & nonnulli ex modernis quorum opinio de Jure Civili forte est verior per textum in d. Aut. si qua mulier, ponderando illum ut hic per Abbatem n. 5. vers. Sed tu adverte. Nec obitat ille textus, quia ut respondet aliqui ex praecitis Auctoribus; hic pater post professionem erat naturaliter mortuus, unde nihil mirum si legitima erat filio debita, ut lege 1. §. si impuberi, ff. de coll. bon. Id quod colligitur ex hac littera hic qua ipsi ex successione proveniunt; nam ver. successio, proprie adaptatur ad delictum, cum viventi nulla sit successio, seu hereditas, l. Qui superstiti, ff. de acquir. heredit. secundum Abb. hic nam 6. vers. In contrarium. Quin imo Felin. in d. c. In presentia numer. 56. de probat. attestatur se vidisse integram & ex illa apparere patrem fuisse mortuum.*

21 *Sed his non obstantibus Canonice communitur tenent legitimam filio debet illud post professionem patris per illum text. qui cavillari non potest, nam qui dicunt patrem hic fuisse mortuum, utique divinant, cum ex littera hoc nullatenus apprehendatur, & Correc. singulari 162. num. 3. affirmat se integram hanc Decretalem vidisse, legisse ac relegisse & nihil in ea invenisse, ex quo appareat patrem fuisse mortuum. Quin potius colligitur oppositum; tum quia in principio recitatur nomen patris, tum quia in c. cum filio suo, & c. & non dicitur quondam, & tamen hac dictio solet communitur apponi quando sit mentio de mortuo ut advertit Abbas, hic num. 6. vers. Sed pro primo intellecta, & conflat ex cap. Cam contra, ibi, Quondam pater*

- 15 *gionem profectus, qua parte debeatur presentis & n. 16.*
- 16 *Principis auctoritas exuberans est in gratia dotalis; restrictior vero in peremptoria.*
- 17 *Præjudicium quod ex prorogatione fit vocatus ex fideicommissio conditionalis, non est considerabile.*
- 18 *Substitutus quale præjudicium generatur ex prorogatione fideicommissi & quo remedio sit eis consulendum.*

19 *tum, supra de signor. & c. Ex parte B. quondam Anglia Regina de for. comp. cum similis, ut ibi per Felin. n. 2. cons. 14. Visti & consideratis num. 15. lib. 6. Tum quia in integra ab Ant. Aug. Collectione 2. Decret. lib. 3. tit. 18. cap. 5. refertur in hac verba; (Sancti nuper auribus nostris est relatum, quod cum C. miles lepra morbo, Domino permittente, resperitus, se cum filio suo discretionis annos nullatenus agente ad quoddam Monasterium cum bonis etiam suis, que a Monasterio ipse tenuerat, contulisset, dictum filium habitum fecit suscipere Monachalem, cumque ipsi puero disciplina monastica propter asperitatem Regule displiceret infra decem hebdomadarum spatium a Monasterio e habitu taliter suscepto restitens, bona patris ab Abbacia illa cepit cum instantia postulare.) Hæc ibi, Pondera ab ingressu patris, usque ad petitionem legitimam non intercessisse nisi decem hebdomadas & cum pater non laboraret febril, sed tantum esset lepra resperitus, satis credibile est cum adhuc fuisse superstitem, quando filius legitimum postularit, arg. c. De rectoribus, de Cler. agrot. & c. 1. & 2. de conjugio seprofor. aut certe si pater obiisset, rextus de illius obitu mentionem fecisset ut moris est. Nec refragantur illa verba; Quæ ipsi ex successione proveniunt. Quia bene adaptatur ad Monachum naturaliter viventem cum juris fictione dicatur mortuus, l. Deo nobis, Cod. de Episcopis & Cler. Quare hanc partem tenent hic gloffe. penult. Innoc. in fin. Host. n. 3. Butr. nu. 5. Card. num. 1. Anchar. in fin. & Joan. de Anan. n. 3. & in d. cap. In presentia de probat. Abb. Sicula num. 59. Barbat. n. 24. & Mantica n. 71. Silvester. 18. verb. Hereditas. 1. quest. 7. n. 10. in 6. dicto & in ver. Religio 6. quest. 1. in 2. dicto Navarr. commentar. 2. de Regular. num. 48. & 54. Covarr. in c. n. 7. de testam. & sic transeunt communitur Doctores nostri, ut inquit Abbas hic n. 4. & quamvis ipse num. 6. circa finem, dicat contrarium verius videri de subtilitate juris; tamen lateat satis æquum esse hanc tenere in favorem filii, ne cogatur postulare alimenta a Monasterio. Similiter Bald. in d. Auten. Si qua mulier num. 38. (Nota inquit, quod filii in Authentica nostra quoad petendam legitimam expectant mortem naturalem patris. Et illud est verum de jure civili, sed de æquitate Canonica videtur secus; unde potuerunt intendere conditionem ex Canone pro illa legitima statim facta professione per patrem, ut extra de Regular. cap. Cum finis, qui textus non est sibi.) Hæc Bald. quem sequitur Card. hic num. 2. Adde quod verum non est prædictam Auth. Si qua mulier, in qua fundatur opinio Legistarum, fuisse Canonizatum in d. cap. Si qua mulier 19. quest. 3. Quoniam non est à Papa inserta Canonis, sed tantum redacta à Gratiano in volumen Decreti & per hoc Canonizata non intelligitur; ut dixi in c. Canonum statuta num. 39. supra de Constitut. Et hoc tenent, quia etsi legitima non debeat filio nisi post mortem patris, l. final. ff. de lib. agnoscend. & dicta l. 1. §. Si impuberi, ff. de collat. honor. tamen pater dicitur mortuus etiam per Monachatum, ut cap. Placuit 16. quest. & d. l. Deo nobis, Cod. de Episcopis & Cler. Facit l. fin. Cod. de Episcopis & Cler. Facit l. fin. Cod. de sent. pass. Unde in simili sicut per mortem naturalem solvitur patria potestas ita & per mortem civilem que per ingressum contingit ut hic per Anchar. n. 2. Et fideicommissum conditionale similiter purificatur per ingressum religionis, sicut per mortem naturalem ut plene notatur in c. In presentia de probat. & vide bonam gloffe in d. c. Placuit, in ver. Mortuus 16. q. 1.*

22 *Sed hic queritur utrum annuendum sit supplicationi puellæ Monasterium ingredi volentis, ut fideicommissum non purificetur per illius professionem, sed prorogetur usque ad diem mortis naturalis.*

23 *Gratia in supplicatione petita videtur iusta & concedenda cum hæctenus nemini sit jus quæsitum in bonis de quibus agitur & ne dum non fiat præjudicium considerabile vocatis per fideicommissum, sed potius fiat melior eorum conditio ut ex deducendis mox apparebit.*

24 *In presentia vero non est opus aggredi disputationem illam arduam & imprimis difficilem, an filia cui legata dos major & opulentior si nupsit, minor vero si Monasterium ingressa fuerit, possit petendo majorem dotem sibi propter carnales nuptias relictam consequi non obstante contraria patris dispositione. Quia quidem petitur tantum dilatio purificationis fideicommissi, non autem derogatio & annullatio illius inter quos casus magna est differentia, cum Principis auctoritas maxima & exuberans sit in gratia dotalis*

25 *toris, restrictior vero & angustior in peremptoria & deciforia, ad textum in l. Quoties, cod. de precib. Imperat. asserendis, & notant in c. Qua in Ecclesiis de constitut. Innoc. num. 3. post med. vers. Si vero non asseratur jus, Compofell. n. 6. cod. vers. Host. n. 4. vers. Ubi vero prescriptum, Joann. Andr. num. 22. Abbas num. 12. & Felin. num. 47.*

26 *Præterea quæstio illa adeo à multis ventilata fuit ut difficile sit discernere quænam sit magis communis opinio quamvis affirmativam esse magis receptam consuevit Rolan. à Valle cons. 35. lib. 3. qui alios citat; contrariam vero amplexus videtur uti veniore Covarr. var. lib. 1. c. 19. numer. 9. Quod si rationes sint expendendæ, magis quidem vigere videtur pro parte negativa, quibus satisfacere non videtur Roland. licet multum infundaverit in responsionibus per eum allatis. Sed & huic sane sententia videtur consuetudo repugnare ad quam plerique Doctores recurrunt, quæ tamen probanda est; ideoque ad evitandas tot difficultates, hæc discussio consilio omittitur, præsertim cum Rota videatur aliquando secuta opinionem affirmativam ut per Mohed. decis. 255. alias 3. de testib. Et nihilominus opinio gratiam petitam adhuc videtur concedendam esse inscriptis.*

27 *Et primo, quia cum jam per substitutionem factam fratri sine liberis decedenti fuerit quæsitum primo rata hereditas huic puellæ & hodie magis de ejus amissione, quam acquisitione queratur & sit indubitatum, si ei denegetur retentio, eam retrahendum iri à pio illo affectu ingrediendi religionem, certe succedendum est ei & adjuvandum ejus pia intentione, nec retrahatur ab ea vita, quæ longè præstantior est carnali Matrimonio. Tanti enim fecerunt Doctores prædictam quæstionem tractantem hanc rationem, ut hac potissimum moti fuerint illi qui affirmativam partem defendunt, cui satisfacere volentes qui contrarium asserunt, respondent non esse verisimile, ut qui Divino assueti spiritui vult in aliqua religione proficere, retinere velit bona temporalia & eorum contemplatione à tam laudabili proposito pati sese avocari, cum bonorum temporalium possessio interdicitur his qui proficentur. Verum hæc responsio non satisfacit in specie, de qua*

28 *agitur in qua extra controversiam est puellam hæc nolle profiteri, nisi impetrata à Sanctissimo D. N. venia retinenda portionis ad se spectantis & in eo Monasterio professionem emittit fura in quo licet bona temporalia recuset.*

29 *Secundo videtur hæc gratia concedenda, cum non contineat fideicommissi totalem derogationem, sed prolationem tantum, scilicet ut deam cum diem suam extremam clausent, bona revertantur ad substitutos, non autem à die emissionis professionis. Nam ut dictum est in hujusmodi dilationibus concedendis exuberans est Principis auctoritas, non solum contra testatorum dispositiones, sed etiam contra expressa contrahentium conventiones, ut sunt resolutum à Rota in causa Tiburtina Castri Vivaria in qua fuerant à Papa contra expressum pactum contrahentium concessæ plures dilationes ad relevandum caltrum venditum cum pacto de retrovendendo intra certum tempus & tamen jam fuerat jus quæsitum parit ob lapsum temporis præstituti ad retrahendum; in specie vero nostra nullum adhuc jus competit fideicommissariis.*

30 *Atque hinc insurgit tertia & ultima ratio; nam cum hoc jus sit conditionale sub incerto eventu mortis sine liberis; & ideo sit valde debile & in spe tantum consistens, ut fuit resolutum in causa Bononiensi de Bonogninis 10. Decemb. 1568. nullum sit præjudicium considerabile substitutis ex dilatio hujusmodi, cum ea non concessa, hæc puella non sit professa; & ita nihil certi juris quæsitum fideicommissariis respectu acquisitionis hujus portionis. Et hæc ratio tunc in dicta causa censuit Rota non fuisse necessarium in legitimatione cujusdam masculi facere mentionem maternarum ad successionem post masculos. Unum tamen est animadvertendum ex hac dilacione posse relevare præjudicium vocatorum, si ante obitum puellæ aliqua sororum decederet cum filiis, superstitibus aliis sororibus propter impedimentum transmissionis. Sed huic incommodo obviam in potest si in supplicatione addatur ut in eventu quo Monasterium jure communi non veniat præferendum, purificatio fideicommissi quantum ad effectum transmissionis contetur facta à die emissionis professionis.*



DE REGULARIBUS

Innocentius III. Pisano Archiepiscopo.

CAPUT XVI.

AD Apostolicam sedem, & infra. Cum Monachum fieri ante unius anni probationem, regularis institutio interdicitur, & infra. Quæstionibus tuis taliter respondemus, quod licet tempus probationis à sanctis Patribus sit indultum, non solum in favorem conversi, sed etiam Monasterii, ut & ille asperitatis istius, istud & mores illius valeat experiri (quod utrumque diligenter est observandum, præsertim cum ab utroque de reliquo facta certa notitia non habetur) si tamen ante tempus probationis regulariter præfinitum, is qui converti desiderat, habitum recipit, & professionem emittit, Abbate per se vel per alium professionem recipientem Monasticam, & Monachalem habitum concedente, uterque renunciare videtur ei, quod pro se noscitur introductum, ideoque obligatur per professionem emissam pariter & acceptam, ad observantiam regularem, & verè Monachus est censendus, quia multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, obtinent roboris firmitatem. Prohibendum est autem Abbatibus, ne passim ante tempus probationis, quoslibet ad professionem recipiant, & si contra formam præscriptam quoslibet indifferetè receperint, animadversione sunt debita corrigendi, cum in subsidium fragilitatis humanæ, spatium probationis sit regulariter institutum.

- 39 Papa potest infringere professionem, ita ut obligationem non inducat.
- 40 Verbum, potest, negativè prolatum necessitatem importat.
- 41 Vovens ingredi religionem an teneatur, & cogi possit ibi perpetuò remanere & n. seqq. usque in fin.
- 42 Quid in foro externo.
- 43 Et quid si à Monasterio exivit non sponte, sed coactus, n. 8. & n. seqq.
- 44 Et quid si exivit sponte, & statim post ingressum, nu. 62. & 69.
- 45 Et quid si non statim exivit, sed aliquandiu in Monasterio perseveravit, n. 63.
- 46 Et quid in foro conscientie, n. 67.
- 47 Vovens perpetuò se religioniè videri, & certam religionem servatorem ad seculum redire non potest, nisi ex causa contrarium protestetur.
- 48 Vovens religionem ingredi, & se fieri Monachum, an differant.
- 49 Conditio habetur pro non adimpleta, quando implementum non durat factò illius, qui tenetur adimplere, & n. 65.
- 50 Salsere non dicitur qui solvit, & incontinenti recuperat.
- 51 Relictam sub conditione si Monasterium intraverit, an debeat ei, qui intravit & postea exiit.
- 52 Obligatio habetur pro adimpleta, quando implementum non durat sine factò illius, qui adimplere tenetur.

Porroctum. Valet professio facta sine susceptione habitus Religionis. Hoc dicit secundum Abbatem Siculum, & est ex mente Abbatis Antiqui. Sed secundum Joan. Andr. Botr. Card. & Anchar. hoc intendit, videlicet, Professio facit Monachum non habitum tantum & eodem modo summat Joan. de Anania, prætermittit tamen dictionem taxativa, tantum, quam etiam omittit gloss. 1. & magis consonat litteræ. Communis divisio. Consultatio, & responsio. Secunda hic, Inquisitioni.

- 1 Nota primò ex Decretali differentiam inter votum profectum & professionem. Nam votum profectum est de futuro, veluti cum quis vovet se religionem ingressurum, aut professionem emisurum, & habet conditionem subintellectam, si Abbas voluerit sic voventem recipere, secundum Innoc. hic in fin. & Butr. n. 12. Nec est solemne, sed simplex; & ideo quamvis impediatur Matrimonium contrahendum, tamen non dirimit potest contractum, cap. consultat, infra de Cleric. vel vovens. cap. unico, §. Reliqua verò, de voto libro sexto; & in hoc omnes conveniunt, ut testatur hic Hostiens. numer. 1. nec per illud vovens. efficitur Religiosus, aut de foro Ecclesie licet compelli possit, & debeat ut religionem intret, c. Ex parte, in secundo infra de convers. conjugat & cap. Per tuas de voto, gloss. ultima hic vers. Vel intellige, & Abbas num. 14. Archid. in c. Scimus num. 5. 12. quæst. 1. & docet S. Tomas in 2. 2. q. ult. art. 3. quia imò etiam in genere voverit hoc, scilicet aliquam religionem intrare, & non dixerit quam; Ecclesia nihilominus potest ipsum distinguere, ut intret in unam de approbatis, postquam de voto in iudicio sibi fuerit facta fides, secundum Host. in c. Ex parte n. 5. de cens. Archid. in d. c. Scimus n. 5. & Gemin. n. 2. Neque verò hoc vovens potest se tueri decreto Concil. Trident. in c. 15. sess. 25. de Regular. quoniam Sac. Congregatio consulta, An qui vovit ingredi religionem, & in ea perseverare, si ingressus infra annum probationis recedat, & revertatur ad seculum, sit liber à voto ex mente Concil. c. 15. sess. 25. de Regular. Respondit decretum Concil. didi. c. 15. nihil disposuisse de voto. Professio autem est votum de presenti, quod diem, aut conditionem non recipit nec tacite, nec expressè & est solemne; ideoque impedit contrahendum, & dirimit post contractum, c. De viduis, in primo, c. Hæc verò, & c. Quæ Christo, 27. q. 1. c. Innuante qui Cler. vel vovens. & didi. c. unic. in primo responsio, de voto lib. 6. Itaque aliud est profiteri velle, quod fit in primo casu, & aliud te ipsa profiteri, quod fit in 2. arg. l. 2. ff. Depositi, & l. In vendenti, Cod. de contrah. empt. Quas differentias constituit hic Innocent. n. 1. & 3. vers. Sed certè si Hugo, & n. 5. & 6. vers. Responsio; & vers. Sed non videtur bona, Host. n. 1. Joan. Andr. num. 4. Butr. n. 2. Anchar. in 1. notab. & Joan. de Anan. n. 2.

Hinc inferitur, ut si quis profiteatur in manibus ejus, qui recipit nomine Abbatis, & recipiens non habeat potestatem incorporandi, vel professionem recipiendi, non sit Monachus priusquam Abbas ratificet, quia huiusmodi votum est de futuro, nec dirimit Matrimonium post contractum; post ratificationem verò est de presenti & tunc dirimit, secundum Innoc. & Host. quos sequitur Joan. Andr. n. 4. vers. Quid si profitor. Eodem modo distinguitur in Matrimonio carnali contracto alterius nomine, de quo Host. num. 12. in fine, remittit ad summ. de sponsal. §. Qualiter contrahantur, ad hoc cap. Si tibi assenti, de proband. lib. 6.

- 59 Doti & juramenti obligatio non extenditur ad impossibile.
- 60 Relegatus in civitate, si dominus jussit eum recedere, non tenetur parvo etiam conventionali, & jurata.
- 61 Vovens ingredi certam religionem non intendens ad alios se obligare, si ibi non recipitur, non tenetur intrare aliam.
- 62 Factum aliquid non censetur si factum non duret. Venisse non dicitur qui non stetit, ibidem.
- 63 Declaratur, n. 65.
- 64 Vovens ingredi religionem, censetur ingressum novisse secundum formam juris communis, quæ est, ut ingrediens detur annus probationis & n. 68. & 70.
- 65 Dispositio omnis simpliciter concepta, vestitur à jure communi, & ad illius intellectum est restringenda.
- 66 Religionem intrare animo si probandi melius est, quam nullo latens intrare.
- 67 Voti obligatio in tantum fertur, in quantum se extendit voluntas, & intentio voventis.
- 68 Religionem ingrediens animo excedendi, sed cum voluntate, ut Deus immutet propositum suum, satisfacit voto.
- 69 Religionem ingressus ex voto, an exire possit sine ulla causa ex sola ratione libertatis, & numeris. sequentibus.
- 70 Novitius ex voto religionem ingressus, infra annum si sine ulla causa recedat, peccat mortaliter. Sed sponte ingressus peccat venialiter.
- 71 Contrarium, n. 72.

Secundò nota hic, infirmitate gravatus, necnoa hic, Deederet. Professionem regularem emitti posse etiam in articulo mortis, dummodo vovens integrum habeat iudicium, ut hic & apertius in c. Sicut tenor, junctà gloss. in verb. Extra mentem, & in cap. Sicut nobis, infra eodem. Atque ita secundum Abbatem hic in 1. notab. Infirmitas corporis professionem non impedit, sed infirmitas animi fecus. Ratio differentie est, quia validitas professionis dependet ab animo, cum voluntarium sit de intrinseca ratione voti, cap. 1. supra eodem, cap. Super vo infra de voto, & docet S. Thom. in 2. 2. q. ult. art. 4. Undè fortius, & mente capus valide profiteri non possunt, ut d. c. Sicut tenor, & cap. Conjalatus 17. q. 2. An autem Superiores Regulares, qui seduxerunt Monachum, vel Monachum ad profectum in mortis articulo, teneantur res illius hereditas restituere, scripti plene in didi. cap. Sicut nobis à n. usque in finem.

Tertiò nota unam practicam profectum secundum Ant. de Butr. n. 4. videlicet, cum quis junctis manibus tradit se Abbati in Monachum, & in Fratrem. Sed de hoc latius dicam infra cum gloss. ult. in 1. q. n. 40.

Quartò nota ad validitatem profectum regularis non exigi scripturam, satis est enim, ut aliunde constet de animo prouteri volentis, ut hic per Abbatem in 2. not. Nec refertur text. in c. Vidua 20. q. 1. ubi cavetur, ut vidua scriptis professionem facta se aut signo, aut subscriptione notatam. Etenim, ut exponit gloss. hic, in vers. scriptis, hoc non ideo dicitur quod necessaria sit scriptura, sed ut scriptura propria obviet ei, qui contravenit, ut cap. Saluberrimum 1. quæst. 7. & idem notat hic Hugo dicens, dummodo constet de facto per testes, vel alias legitime, huiusmodi solemnitatem ad cautelam adhiberi, non potest quod factum est in dubium revocetur, ut refert hic Turcrem. n. 3.

Quintò nota litteram, quæ quotidie allegatur, videlicet, Habitum non facit Monachum, sed profectum regularis, concordat cap. Consultat, infra qui Cler. vel vovens. cap. Ex parte, infra eod. & supra eod. c. Ut Clerici.

Hoc tamen limitant Doctores, ut vendicet sibi locum in habitu probationis duntaxat, de quo loquitur hoc c. & d. c. Ex parte. Secus autem est in habitu professionis, quia talis in ingressu religionis receptus, ubi Monachum facit. Ita Abbas Antiquus hic in fin. Host. in c. Statuimus n. 2. in ver. Consequat, inf. eod. & Archid. in c. Beneficium num. 1. eod. tit. lib. 6. Huiusmodi enim habitus votum professionis habet annexum, unde cum primum quis illum recipit in religione, Monachus est, & ejus votum est solemnitatum, ut notant in d. cap. Statuimus, gloss. 1. Abb. Antiqui in ver. Novitius, Host. n. 1. in ver. Religiosus, & Butr. n. 6.

Sed hæc limitatio non videtur vera, quia nullo casu habitus sine professione Monachum facit, nec est habitus professorum, qui facit Monachum, sed tacite professio, quæ ex illius susceptione resultat, textus est ad hoc notabilis in c. Constitutionem, ibi. Tacite verò facta infra annum probationis per susceptionem habitus, qui profectibus tantum datur, infra eodem lib. 6. Præterea si ex sola receptione habitus professorum absque professione votum esset solemnitatum; duobus modis solemnitatum votum taxativè expressis in c. unico, de voto lib. 6. addendus esset tertius modus videlicet, per susceptionem habitus professorum quod esset absurdum, quia quod non est Sanctorum Patrum decreto sancitum, superfluis non est adventionibus præsumendum c. consultat 2.

- 1. c. Inter corporalia, de translat. Episcop. & ita hic obicere sensit gloss. 1. nam primò arguit, quod iud. habitus facit Monachum, & allegat juris, quæ loquuntur de habitu profectibus, deinde solvit dicens; illud verum, quod habitus sine professione non facit Monachum; sola enim professio vera, vel presumpsa Monachum facit & solemnitatur votum; & paulò infra dicit capitula contraria esse intelligenda de presumpsa professione. Ex mente igitur gloss. habitus professorum non facit Monachum, sed sola professio vera vel presumpsa, quæ ex illius susceptione resultat & ita illius mentem declarat Abbas hic num. 8. nam, ut ipse ait, hæc gloss. ult. in effectu quod habitus duntaxat non facit Monachum, sed tacite professio, quæ resultat quandoque ex habitus susceptione, seu dilatione Monachum facit; & ita debent intelligi jura quæ fundantur super habitus susceptione, seu dilatione. Undè secundum eum, si quis portet multo tempore habitum religionis extra Monasterium, non censetur professus, ut in cap. Ut Clerici sup. eod. & notat gloss. in Clem. Eos, in ver. In aliqua eod. tit. & hoc ideo est, quia tunc cessat presumpsa tacite professio; nam si vellet profiteri, intrasset Monasterium. Fortè tamen intentio Abbatis Antiqui, Hostiensis & Archid. fuit constituere hanc differentiam inter habitum novitiorum & professorum, quod ex illa susceptione habitus novitiorum presumpsa tacite professio non inducitur, fed oportet, ut novitius illum deserat per annum, ut c. 1. infra eod. lib. 6. & d. Clem. Eos, vel aliunde appareat eum voluisse vitam mutare, ut c. Consultat infra eod. & sic solus habitus novitiorum non facit Monachum. Ad verò ex sola susceptione habitus professorum in ipso religionis ingressu oritur in continentem presumpsa professio tacite, quia in ipso temporis momento, in quo novitius talem habitum recipit efficitur tacite professus, ut in d. c. Constitutionem, infra eod. lib. 6. & in hoc sensu habitus professorum Monachum facit. Addit tamen Collectarius in cap. Statuimus, in trine, infra eod. post gloss. ult. in d. c. Constitutionem. Ex susceptione habitus professorum infra annum probationis non induci tacitam professionem, nisi data perseverantia tridui, ut statuitur in prædicta Decretali Constitutionem, in fin. & in cap. Ad nostram, sup. eod. Sed tu dic tacitam professionem illic induci, sed revocabilem, cum infra triduum sit locus penitentiae, ut notabiliter declarat gloss. magna in cap. Beneficium postmodum, vers. In contrarium, infra eodem lib. 6. Idemque Jo. Andr. in c. Vidua, n. 7. in fin. sup. eod. prudenter appellat tridui perseverantiam, id est non penitentiam.
- 2 Verum hodie hæc distinctio inter habitum novitiorum, & professorum ex parte sublata est jure novissimo Conc. Trid. in capite 15. sess. 25. de Regular. quæ irrita declaratur professio facta non expleto anno probationis. Et consequenter sublata est etiam professio tacita, quæ olim inducebatur ex susceptione habitus professorum infra tempus probationis, ut S. Congr. declaravit. Quapropter hodie nec habitus probationis, nec professio infra tempus probationis susceperunt Monachum facit; ideoque in Ordinibus Mendicantium, in quibus etiam ante Concilium professio infra annum probationis fieri non poterat, ut in cap. Non solum, & cap. seqq. infra eod. lib. 6. non inducebatur professio ex receptione habitus professorum infra tempus probationis, ut hic firmant Hostiens. numer. 3. Joannes Andreas. numer. 5. ibi, Juxta quod habes in capite. Constitutionem & Collectar. eodem numer. & versiculo, alias enim fuisset in facultate conjuncti eludere juris dispositionem, assumendo in ingressu habitum professionis & lex esset ludibrio posita, secundum Hostiens. ad hoc cap. Commissa, §. Porro de elect. lib. 6. Quare hodie idem dicendum in omnibus Ordinibus etiam non Mendicantibus, cum etiam ad eos Concilium progrogaverit dispositionem, d. c. Constitutionem, ut patet in d. c. 15. juncto c. 22. ejusdem sess. 25. de Regular. Undè etiam fit ut hodie non requiratur amplius perseverantia tridui, quæ olim requirebatur ad hoc ut suscipiens habitum professorum infra annum probationis expletum essent religioni allegati, ut scripti plene in d. c. Ad nostram num. 5. & 6. supra eod. Ceterum finitò tempore novitatus dari possunt casus in quibus novitius per delationem annalem habitus probationis non fiat tacite professus, & tamen fiat per susceptionem habitus professionis, & secundum hoc etiam hodie potest contingere ut habitus professionis Monachum faciat, non autem habitus probationis, de quo die ut plene notavi in cap. Quia ingredientibus, d. num. 38. usque in fin. supra de testam.
- 3 Secus nota, nec habitum, nec ingressum Monasterii esse de substantialibus Monachatus, sed de accidentalibus, ideoque profectum compelli posse ut monachicè vivat, licet nunquam intraverit Monasterium, nec habitum sumserit ut hic notat Abbas in ult. not. num. 7. Sed hodie hoc corrigitur jure novissimo Concilii Tridentini in cap. 15. sess. 25. de Regul. ut inferius attingam num. 26. & de habitu scripti

latius in d. c. Quia ingredientibus num. 7. supra de testam. & de ingressu in c. Innuante in prima quæstione, infra q. 1. Cler. vel vovens. Ultimo nota ibi, Et recipitur ab Abbate. Professionem non valere nisi recipiatur ab eo, qui potestatem habet incorporandi religioni, prout hic notant Innoc. n. 4. Host. n. 12. in ver. Et recipitur, Joan. Andr. n. 4. in eod. ver. Qui omnes asserunt eum qui profectur, non obligari etiam ex simplici voto, nec posse ab aliquo professionem fieri nisi sit alius, qui illum recipiat & qui illi possit dare regulam de ipsam corpori Ordinis aggregare & sequuntur hic Butr. n. 6. vers. Nota duo principalia, Card. in 2. not. & in 3. q. n. 5. Anchar. num. 2. in 3. not. Abb. num. 9. & Joan. de Anania n. 4. Et est ex mente gloss. 1. in vers. Dicit ergò, de quo in Speculat. de stat. Monachor. vers. 19. concordat cap. Ad Apostolicam, infra eodem, ubi, Abbate per se, vel per alium professionem recipiente Monachum; nec non ibi, Prohibendum est Abbatibus ne passim ante tempus probationis quilibet ad professionem recipiant, & cap. Non solum infra eod. lib. 6. ubi habetur similis prohibitio. Et Concilium Trid. cap. 15. ibi, ad professionem admittatur & cap. sequenti. Superiores novitius, quos habiles invenerint, ad profectum admittant, sess. 25. de Regul.

Ratio hujus conclusionis est secundum Abb. n. 10. Quia ex professione oritur reciproca obligatio, quæ induci non potest sine consensu utriusque, sicut contingit in aliis contractibus, qui non possunt consistere ex consensu unius tantum ut l. In omnibus, ff. de act. & obligat. & l. Sicut C. eod. Quandoquidem Monachus obligatur ad obedientiam Superiori exhibendam, ut c. Cum ad Monasterium infra de stat. Monachor. & cap. Si religiosus, de elect. lib. 6. & sic vice versa religio obligatur Monacho ad alimenta, ut cap. fin. infra eod. Undè Navarr. cons. 26. incipit. Orta sunt n. 1. hoc t. ait professionem esse contractum quemdam reciprocum ultro citroque obligatorium, quo profectus se obligat Monasterio, vel Ordini ad servandum eum secundum regulam ejus; & contra Monasterium ad alendum & tractandum eum, secundum eandem regulam; & ita esse necessarium consensum utriusque partis tam Prelati & Monachi recipientium, quam ipsius profectus, quod ante ipsum docuit Silvestr. vers. Religio, 1. qu. 8. vers. Et tertio patet ratione. Sed & Archid. in c. Vidua, n. 2. in ver. Nam, illi, 20. qu. 1. ait; Inter profectum & Monasterium esse quali Matrimonium spirituale & ex mente Host. hic d. n. 13. dum ad hoc inducit, c. Cum inter Canonicos, supra de elect. Ergò necesse est ut sit alius, qui hæc obligationem recipiat; nam sicut inter baptizantem & baptizatum, instituentem & institutum debet esse personarum distinctio, quia nemo potest seipsum baptizare, aut sibi ipsi beneficium conferre, ut cap. p. Debitum de baptis. & c. fin. de institut. ita distinctio esse debet inter profectum & professionem recipientem, nam cum nemo possit seipsum religioni incorporare, oportet ut ab alio ad id potestatem habente corpori ordinis aggregetur, ut hic, & in didi. c. Ad Apostolicam infra eod. per professionem namque quis efficitur de Collegio Monachorum & unà omnes unum corpus constituunt secundum Innoce.

Sed hic incidit quæstio. Quis sit ille Superior, qui potest professionem recipere & Ordini incorporare?

De Abbate non est dubium secundum omnes; dum tamen hoc faciat non ipse solus, sed una cum Conventu & Fratribus, ut hic notat gloss. 1. & scripti plene in cap. Ad Apostolicam, in 2. not. infra eod. Idem dicendum de Abbatibus, qui tenet Archid. in c. Constitutionem infra eod. lib. 6. dicens professionem fieri posse in manibus Abbatissæ vel supra altare allegat c. Consultat, ubi idem tenet Host. infra qui Cler. vel vov. & sequitur Gemin. in d. c. Constitutionem, §. 1. col. 2. vers. Quæro an profectio debeat fieri in manibus illius dummodo tamen & ipsa professionem recipiat cum consensu majoris partis Conventus, ut dicam infra num. 28. & seqq. De Commendatario aliquid tenet in c. Ad Apostolicam nu. 27. infra eod. & in c. Innuante, num. infra qui Cler. vel vov.

Sed dubitatur quid in Episcopo? Innoc hic n. 5. vers. Videtur etiam, tenet posse Episcopum per se, vel missos suos, vel alias, ejus tamen nomine recipere professionem talium, etiam si aliquod Monasterium non ingrediantur, vel certam religionem non profectantur sufficit enim ut mittent habitum quem portent in domo propria. Tales namque religiosi censentur & sub obedientia Episcopi vivunt, cap. Quod Deo 23. qu. 5. c. De Viduis 27. qu. 1. d. c. Innuante qui Clerici vel vov. & p. Datum de convers. conjugat. Inferioribus autem Prelatis veluti Archidiaconis, Plebanis & consimilibus dicit hæc autoritatem non competere, nisi & Episcopus hoc ratificet, cum hoc ipsi soli sit specialiter concessum, argum. c. Si vir. 27. qu. 1. d. c. Nulla & c. Uxor 23. distinct. Et cum his dicit Innoc. transiens hic Host. n. 14. Joan. Andr. n. 4. vers. Sed nunquid Episcopus

tempus probationis expletum, ut hic est casus, & in c. Statutum infra eodem. Sed hoc corrigitur hodie quoad Fratres Praedicatorum & minores in c. Non solum infra eod. lib. 6. & quoad reliquos Mendicantes in c. seq. & generaliter quoad omnes religiones a Concilio Tridentino in c. 15. sess. 25. de regular. nam in praedictis iuribus & praecipue in d. c. 15. apponitur decretum irritans professiones antea factas. Decretum autem irritans inducit formam, cui renuntiare non potest, ut notat Baldus in l. 1. num. 2. vers. In contrarium ff. de liber. & posthum. & Albert. Bruinus in tract. de forma fol. 3. col. 1. ubi enim est data forma, consensus partium nihil operatur, gloss. in c. Statutum in princip. in verb. Committatur de rescript. lib. 6. & ita anno probationis renuntiare non posse sepius declaravit Sac. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretata & late consuluit Navarrus conf. 62. incipien. An Franciscanus hoc titulo, ubi num. 5. dicit ita tenendum id consulendo & iudicando.

Hinc redditur valde dubitabile quod notat Decius in c. Cum accessissent num. 22. supra de constitut. ubi pluribus firmat etiam formam renuntiare posse, quoad privatam respectu utilitatem; quandoquidem tempus probationis inductum est tam in favorem novitii, quam religionis; & propterea secundum hanc tempora illi poterat renuntiare; & quia quilibet potest renuntiare ei quod pro se nocitur introduci, ut expressit hic dicitur in d. c. Statutum, & tamen postquam per decretum irritans professionem tempus probationis est factum de forma illi amplius a novitio & Monasterio ex S. Congreg. sententia renuntiare non potest; & ergo forma non potest renuntiare etiam quatenus concernit privatam utilitatem ipsius renuntians; circa quod tamen vide quod scripsi, in d. c. Cum accessissent, a num. 22.

Hinc etiam fit ut hodie locum non habeat quod hic notat Host. n. 2. in ver. Interdictum, & Joan. Andr. num. 1. in eod. verb. Videlicet tempus probationis restringi posse, ubi per ingressum religionis fieret alteri grave praedictum ut in c. de publico §. 1. & ibi notat idem Hostien. in ver. Infra duorum mensium, infra de convers. conjug. & in cap. Coniugii, §. 1. ubi etiam Host. in ver. Proposuit infra eod. Etenim etiam hic iusta causa petendi dispensationem a Sede Apostolica tamen ab Ordinariis inferioribus & Superioribus Religionum post Concilium Tridentinum amplius accitari non potest.

Ideoque cum Sacra Penitentiaria respondisset Cinthia Mutinae, cujus vir Ordines sacros susceperat, licere post consummatum Matrimonium ingredi religionem & in ea profiteri eademque Cinthia agens annis triginta & octo id quam primum efficere cuperet, petiit fecisse dispensari ut non oblatore c. 15. sess. 25. de regular. dicitur vel intra annum quandoquidem ad professionem admittetur, cum in Monasterio quindecim menses morata, regulae asperitatem experta sit & ipsa a Monialibus noscatur, Sac. Congregatio censuit hanc materiam juris positivi esse, c. Ad Apostolicam de Regular. ubi intra annum probationis professio fieri non debet, sed facta tenetis quod dispensari & causam iustam dispensandi hoc casu subesse sanctissimum existimavit.

Amplius, suborbo dubio, An si mulier, quae duodecim annis major ingressa est Monasterium, habuitque suscepit deinde expleto probationis anno professionem emittit vel in interea vir expectare debeat donec annus probationis labatur & professio sit emissa; Sac. Congregatio censuit ita debere.

Fallit primo, conclusio superius firmata n. 23. in mulieribus, quae Penitentes seu Convertitae appellantur & sunt personae Ecclesiasticae alicui religioni addictae & solemniter penitent, ut per Calder. conf. 21. aliis 7. de iur. & Jul. Clar. in §. fin. qu. 35. num. 20. Sicuti Romae est Monasterium S. Mariae Magdalene Ordinis S. Augustini. In his enim quoad tempus probationis & professionem emittendam servari debet ius commune & illarum Constitutionum; nam Concilium Trid. in c. 18. sess. 25. de regular. in ver. Ab his tamen excipiuntur mulieres; referendum videtur non tantum ad eas, quae desuper continentur in eod. c. 18. sed etiam ad reliqua quae in alia Capitulis praecedentibus ejusdem sess. sancta fuere; & consequenter etiam ad disposita in cap. 15. Unde S. Congregatio consulta, an mulieres quae Penitentes seu Convertitae appellantur, an mulieres quae Penitentes seu Convertitae appellantur, ad quibus fit mentio in c. 18. sess. 25. de regular. vers. Ab his, possint professionem emittere iusta dispositionem iuris communis earumque constitutiones, Respondit posse, teneri tamen hodie ad clausuram formalem & ad emissionem trium votorum ex Decreto Pii V. & Gregorii XIII. nec in earum Monasteriis possunt reportari amplius Moniales aliorum Monasteriorum, quae sub clausura degunt correctionis causa; nec amplius egressi ipsae Convertitae possunt. De his tamen vide quod dixi in cap. Statutum num. 60. infra eod.

Fallit secundum praedicta conclusio in Monialibus novitiis Ordinis S. Dominici, quae in articulo mortis constituta, dummodo sint legitimae aetatis ex indulto Pii V. emittere possunt professionem ante annum probationis expletum; tamen

tamen ut sic decedentes consequi possint indulgentiam, & alias gratias, quas Moniales veteri professae decedentes consequuntur, ut in eius litteris incipit. Summi Sacerdotis cura expositi ut hic in littera; hoc casu nec respectu novitii, nec respectu Monasterii prima facie videtur necessarii annus probationis. Non respectu novitii: nam si austeritate consideremus respectu substantialium religionis; satis est ut regularis semel professionem emiserit in aliqua religione; nam qui unam religionem proficitur, omnes censetur profiteri quoad substantialia ut tradunt Federicus de Senis, dicto consilio 5. sub numero 1. versiculo. Praterea sufficit Lap. alleg. 130. pro dubiis n. 4. v. Item secundum opinionem Theol. post Jo. And. quem citat in c. Sane in gl. magna post prin. sup. eod. Cald. conf. 391. in princ. vers. aut professio illius, alias 6. de Reg. Gemin. conf. 41. in princ. vers. quidam verus, plenè Anchar. 321. Praemittenda sunt, & Petr. de Perus. d. tract. de mut. stat. person. n. 8. Si vero austeritate consideremus respectu regulae, utique si religio est ejusdem Ordinis, & instituti satis videtur esse ut regularis expertus jam sit omnes illius austeritates in strictiori observantia abique eo quod alias iterum probetur in laxiori. Nam eum, qui certus est certiorari amplius non oportet, c. cum qui de regul. jur. in 6. & propter hanc rationem cum olim dubitatum esset in S. Congreg. Conc. an is, qui habitu regulari suscepto, anno integro mansit in religione, eoque lapsus gravi morbo correvis, & propterea professione nequaquam emissa, permittit Superiorum ad saeculum reddi, postea inde ad triennium morbo liberatus, & ad Monasterium reverius protinus emittit professionem, vel potius per alium annum stare in probatione teneatur, S. Congregatio censuit posse statim emittere professionem non expectato anno probationis anno, nisi religionis, aut personae conditio sit immutata, idque Superiorum Religiosis animadvertere diligenter debere, quae sunt opinionis Bartholomaei Brisicenis in questione sua generalis 68. quem refert, & sequitur gloss. in d. c. cum qui, Sed nec respectu religionis annus probationis videtur necessarius, quia cum religio jam experta sit indolem ac mores novitii in archiori ac duriori disciplina, quem hic semel approbavit amplius reprobare non debet, nam approbatus ad aliquod officium non potest in firmi officio reprobari inquirente eandem personam de meritum, Innoc. in c. cum venerabilis, in penult. col. in glof. in ver. Instrumentum, vers. Item si admittit, de except. Abb. in cap. Praesentium de test. Felin. in d. cap. cum venerabilis, in ult. eod. Din. in regul. quod omnes de regul. jur. in 6. & Bald. in Margaritani ver. Approbatus. Praeterea quia discedentes a Calceatorum, S. Augustini, item Observantium & Reformatum unum strictiorum Observantiae S. Francisci & aliorum hujusmodi videtur una & eadem religio, idem enim est institutor & eadem regula, unus generalis utriusque. Ergo quemadmodum non requiritur nova probatio cum regularis transiit ex uno ad aliud Monasterium, c. nullus ubi notatur de elect. in 6. ita nec cum transiit ex una Religione ad aliam ejusdem ordinis & instituti. Et hac ratione non videtur oblatore decretum c. 15. sess. 25. de Regular. Quia ex Concilio ita demum requiritur annus probationis, si professio sit necessaria. Sed hic negatur hujusmodi necessitas, cum jam praecesserit professio in eadem religione, ideoque nec probationis annus requiritur videtur, quod est praebulum ad professionem emittendam cap. Coniugii infra eod. cum concord. & sicuti Concilium non requirit novam probationem in eo qui transiit ad aliud Monasterium ejusdem religionis, ita nec in regulari, qui transiit ad laxiorem ejusdem ordinis. Nec videtur etiam rationi consentaneum, ut qui stetit tanquam veterane inter professos strictioris religionis, modo agat in laxiori inter Novitios, arg. c. 1. supra de major. & obed. Unde hanc opinionem videtur sequi Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 41. n. 101. ubi postquam tradidit, transeuntem ad aliam religionem debere in secunda religione annum probationis explere, subdit deinde hoc esse intelligendum si transit fiat ad ordinem distinctum, vel ad ejusdem ordinis Monasterium strictioris tamen disciplinae. Idemque indistincte, de transeuntibus ex una ad aliam religionem censent Coninch. in sum. q. 3. & Henric. lib. 3. de excomm. cap. 4. n. 2. in commen. littera O.

Quibus accedit etiam communis observantia, nam tranquillati de licentia Sedis Apostolicae ad laxiorem ejusdem Ordinis illud admittuntur ad officia & dignitates secundae Religionis, nec ullam professionem emittere, aut annum probationis praemittere consueverunt, ut testatur Procuratores omnes Ordinum Mendicantium.

Verum his non obstantibus videtur respondendum Regulares, ut supra transeunt ad laxiorem Religionem etiam ejusdem Ordinis teneri per annum annum stare in probatione atque iterum proficere, adeo ut liberum sit eis ad primam Religionem redire, nisi peracto probationis anno fuerint secundum allegati per expressam, vel tacitam professionem. Quod ut evidenter appareat, observandum est Religiones ad effectum de quo agitur, tunc censeri diversae speciei, quando utrobique distinctae sunt.

Quid si religio sit ejusdem Ordinis ut si fiat transitus a Calceatis ad Calceatos vel a Reformatis ad eorum Conventuales, in quibus terminis procedit praesens quaestio; resp. Fagnan. in III. Lib. Decretal.

33 tamen ut sic decedentes consequi possint indulgentiam, & alias gratias, quas Moniales veteri professae decedentes consequuntur, ut in eius litteris incipit. Summi Sacerdotis cura expositi ut hic in littera; hoc casu nec respectu novitii, nec respectu Monasterii prima facie videtur necessarii annus probationis. Non respectu novitii: nam si austeritate consideremus respectu substantialium religionis; satis est ut regularis semel professionem emiserit in aliqua religione; nam qui unam religionem proficitur, omnes censetur profiteri quoad substantialia ut tradunt Federicus de Senis, dicto consilio 5. sub numero 1. versiculo. Praterea sufficit Lap. alleg. 130. pro dubiis n. 4. v. Item secundum opinionem Theol. post Jo. And. quem citat in c. Sane in gl. magna post prin. sup. eod. Cald. conf. 391. in princ. vers. aut professio illius, alias 6. de Reg. Gemin. conf. 41. in princ. vers. quidam verus, plenè Anchar. 321. Praemittenda sunt, & Petr. de Perus. d. tract. de mut. stat. person. n. 8. Si vero austeritate consideremus respectu regulae, utique si religio est ejusdem Ordinis, & instituti satis videtur esse ut regularis expertus jam sit omnes illius austeritates in strictiori observantia abique eo quod alias iterum probetur in laxiori. Nam eum, qui certus est certiorari amplius non oportet, c. cum qui de regul. jur. in 6. & propter hanc rationem cum olim dubitatum esset in S. Congreg. Conc. an is, qui habitu regulari suscepto, anno integro mansit in religione, eoque lapsus gravi morbo correvis, & propterea professione nequaquam emissa, permittit Superiorum ad saeculum reddi, postea inde ad triennium morbo liberatus, & ad Monasterium reverius protinus emittit professionem, vel potius per alium annum stare in probatione teneatur, S. Congregatio censuit posse statim emittere professionem non expectato anno probationis anno, nisi religionis, aut personae conditio sit immutata, idque Superiorum Religiosis animadvertere diligenter debere, quae sunt opinionis Bartholomaei Brisicenis in questione sua generalis 68. quem refert, & sequitur gloss. in d. c. cum qui, Sed nec respectu religionis annus probationis videtur necessarius, quia cum religio jam experta sit indolem ac mores novitii in archiori ac duriori disciplina, quem hic semel approbavit amplius reprobare non debet, nam approbatus ad aliquod officium non potest in firmi officio reprobari inquirente eandem personam de meritum, Innoc. in c. cum venerabilis, in penult. col. in glof. in ver. Instrumentum, vers. Item si admittit, de except. Abb. in cap. Praesentium de test. Felin. in d. cap. cum venerabilis, in ult. eod. Din. in regul. quod omnes de regul. jur. in 6. & Bald. in Margaritani ver. Approbatus. Praeterea quia discedentes a Calceatorum, S. Augustini, item Observantium & Reformatum unum strictiorum Observantiae S. Francisci & aliorum hujusmodi videtur una & eadem religio, idem enim est institutor & eadem regula, unus generalis utriusque. Ergo quemadmodum non requiritur nova probatio cum regularis transiit ex uno ad aliud Monasterium, c. nullus ubi notatur de elect. in 6. ita nec cum transiit ex una Religione ad aliam ejusdem ordinis & instituti. Et hac ratione non videtur oblatore decretum c. 15. sess. 25. de Regular. Quia ex Concilio ita demum requiritur annus probationis, si professio sit necessaria. Sed hic negatur hujusmodi necessitas, cum jam praecesserit professio in eadem religione, ideoque nec probationis annus requiritur videtur, quod est praebulum ad professionem emittendam cap. Coniugii infra eod. cum concord. & sicuti Concilium non requirit novam probationem in eo qui transiit ad aliud Monasterium ejusdem religionis, ita nec in regulari, qui transiit ad laxiorem ejusdem ordinis. Nec videtur etiam rationi consentaneum, ut qui stetit tanquam veterane inter professos strictioris religionis, modo agat in laxiori inter Novitios, arg. c. 1. supra de major. & obed. Unde hanc opinionem videtur sequi Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 41. n. 101. ubi postquam tradidit, transeuntem ad aliam religionem debere in secunda religione annum probationis explere, subdit deinde hoc esse intelligendum si transit fiat ad ordinem distinctum, vel ad ejusdem ordinis Monasterium strictioris tamen disciplinae. Idemque indistincte, de transeuntibus ex una ad aliam religionem censent Coninch. in sum. q. 3. & Henric. lib. 3. de excomm. cap. 4. n. 2. in commen. littera O.

Quibus accedit etiam communis observantia, nam tranquillati de licentia Sedis Apostolicae ad laxiorem ejusdem Ordinis illud admittuntur ad officia & dignitates secundae Religionis, nec ullam professionem emittere, aut annum probationis praemittere consueverunt, ut testatur Procuratores omnes Ordinum Mendicantium.

Verum his non obstantibus videtur respondendum Regulares, ut supra transeunt ad laxiorem Religionem etiam ejusdem Ordinis teneri per annum annum stare in probatione atque iterum proficere, adeo ut liberum sit eis ad primam Religionem redire, nisi peracto probationis anno fuerint secundum allegati per expressam, vel tacitam professionem. Quod ut evidenter appareat, observandum est Religiones ad effectum de quo agitur, tunc censeri diversae speciei, quando utrobique distinctae sunt.

vera vivendi ratio observatur, ut probatur in clem. 1. de elect. & in clem. eos de reg. per jur. Gem. 109. q. 1. Pro clar. in 7. r. au. species Religiosorum discerni ex diversitate professionis & habitus, intelligendo verbum illud, professionis, non pro substantiabilibus Regularibus, quia in illis Religionibus omnes conveniunt, ut notatur in c. 2. de Elect. a. 1. & dictum est supra n. 4. sed pro diversitate regularis discipline, ut idem declarat paulo inferius, quam ad hunc diversitatem considerat etiam Anchar. conf. 321. in princ. Idque procedit sive idem sit institutor & eadem regula, sive non: nam cuius vitam gerimus, eius regulæ fore censetur, ut dicebat Abbas 49. Antiquus relatus à Joan. Andr. in c. Revertens, circa princ. de stat. Monach. Ideoque diversa, seu strictior religio ad effectum transitus non dicitur, considerata primavà regulâ, sed habito respectu ad præsentem observantiam, & constitutiones factas ultra regulam, Lsp. Meg. 130. n. 1. vers. item quia, Card. Zabari. conf. 28. Quidam frater, in princ. de fut. optio. Innoc. communiter approbata supra eodem in c. Sanè. Patet exemplo fratrum Capucinatorum, & Minorum de Observantia S. Francisci, quorum unus est institutor, & eadem regula, de qua in c. exiit, qui seminat, de verb. signif. in 6. in Clem. exiit de Paradijs, & in extravag. Joan. XXI. quorumdam & extravag. Ad Constitorem eodem titulo, & tamen nulli dubium est has Religiones quo ad hoc ceteri diversas, adeò ut à Capucinis minime liceat ad Observantes transire, juxta c. licet, infra eod. & Concilium Tridentinum c. 19. in sess. 25. de regul.

51. Quamvis hoc procedat etiam utriusque sit unus & idem generalis, nam adhuc tamen ad effectum transitus censetur diversa, si una sit strictior altera, ut patet in Religionibus Calceatorum & Discalceatorum S. Augustini, certum est enim à calcatis non dari transitum ad Discalceatos. Ergo inter has est specifica differentia, alias enim si profusus esset una & eadem Religio daretur transitus indistincte de una ad aliam, sicut datur de uno ad aliud Monasterium, d. e. Natus, ut que hic notatur de elect. in 6. Dicendum est igitur Religiones haberi ut diversas quotiescumque regularis disciplina, & ratio vivendi in eis diversimode observatur, licet sint sub eod. capite & regula.

52. Quibus ita constitutis probatur conclusio superius proposita ex decreto Conc. Trid. in c. 15. sess. 25. de regul. ubi statuitur, ut in quacumque Religione ad professionem non admittatur qui minori tempore, quam per annum in probatione fuerit, & professio antea facta sit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicujus regulæ, vel religionis, vel ordinis observantiam, aut ad alios quotcumque effectus. Ponderanda etiam est dictio illa, quacumque, quæ cum sit universalis, l. Ex quacumque, ff. Si quis in jus voc. l. Quicumque, C. de jer. fugit. l. Hoc articulo, ubi plene notatur, ff. de hered. instit. cum similib. merito includit etiam ea que alias non comprehenderentur, c. solita, vers. quocumque ligaveris, de major. & obed. c. 2. de observ. jura. c. si Romanorum, 19. dist. l. tres fratres, ff. de pactis, & tradit Rom. n. in conf. 31. Visti hi, n. 2. eamque dictionem propterea essentiam vocat Lucas de Pen. in l. 1. in princ. C. de exult. trib. lib. 10. quod eo magis procedit hoc casu ponderata prægnantia ac geminatione verborum, quibus Conc. utitur tam in d. cap. 15. quam in c. 22. ejus d. sess. Hæc enim geminatio dictionum universalium ejus est virtus, ut omnia includat, quæ dici, vel excogitari possunt oblique aliqua limitatione, distinctione & restrictione, Jaf. in l. 1. col. penult. vers. Limita prædicta omnia, ff. de legib. quod fuit pluribus relatis comprobatur Cravert. 1094. Verba transactionum, num. 1. & seqq. adiciens eadem verba comprehendere etiam casus improprios, & in quacumque materia, etiam parvuli per doctrinam gloss. in l. 2. in ver. Alii, C. de quadr. præscriptio, & Salscet. in l. 2. C. de nos. Itaque dum Concil. decernit necessarium esse præmittendum annum probationis ad professionem emittendum in quacumque Religione, & adjectis aliis verbis universalibus ac repetitis penitè ac si sanxisset id esse observandum in quacumque religione sive illa sit laxior, sive strictior & sive alterius, sive ejusdem ordinis, in quocumque casu tam ingreditur, quam transeuntium. Quam verborum geminationem ad hunc effectum ponderat licet admodum succinctè Navarr. d. conf. 63. n. 9. de reg.

54. Præterea ut Religiosus unus religionis fiat Religiosus alterius, requiritur ut canonice transferatur, c. cum singulari, §. in de prob. in 6. sed canonice non transferitur absque nova professione, ut ex not. in d. c. Cum singulari respondit Navarr. conf. 61. incip. Quidam Abb. in 2. de reg. ergo religiosus unus religionis fieri non potest religiosus alterius absque nova professione; & per consequens absque novo anno probationis qui ad professionem validitatem exigitur tam de Jure communi in Ordinibus Mendicantium, c. non solum, & c. Constitutionem de reg. in 6. quam generaliter in omnibus ex Decreto Concilii in d. c. 15.

55. Et confirmatur, quia si sic transiens non teneretur in secunda religione proficere, sequeretur ut pro libito suæ vo-

luntatis posset quocumque ad primam reverti; liber est enim recessus à religione, quamvis quis non est illi tacite vel expresse per professionem allegatus, ut hic & c. 2. supra eod. cap. Consult. c. Papsulisti & c. Statutus infra eodem c. 1. in princ. hoc tit. lib. 6. & c. unico de voto, eod. lib. cum similib. Ideoque videmus transillum ab uno ad aliud Monasterium ejusdem Ordinis posse per Abbatem quandocumque revocari ad primam, c. voluit 23. In os, vers. Et si liberi possint ad eadem Monasteria revocare, de test. in 6. Sed consequens est absurdum, quia post Canonicam translationem non licet amplius ad primam religionem reverti, nisi servatis his que de jure ad novam translationem requiruntur, juxta c. Licet infra eodem & supra c. Sanè, glossa in c. non est vobis in verbo Permittatis supra eodem: alioquin fas esset Regularibus temere convolare ab una ad aliam religionem; quod tamen nec licet ab uno ad aliud Monasterium, ut in c. Joannes supra eodem; sequitur ergo ut sic transiens teneatur iterum proficere & consequenter novum annum agere, cum ex Decreto d. c. 15. in nulla religione admittatur ad professionem, qui minori tempore quam per annum in probatione fuerit.

Ad hæc annus probationis datur tam novitio quam Religioni, ut iter alterius qualitates experiatur priusquam invicem indissolubiliter obligentur, ut hic & in c. non solum & c. Constitutionem, infra eodem lib. 6. Dignum est enim ut qui similem cum aliis vitam suscipiunt, similes sentiant in legibus disciplinam, ut in c. recalcitra infra de statu Monach. Potest autem facile accidere ut Regularis aliusque in strictiori observantia disculter possit se conformare moribus fratrum laxioris religionis, ideoque perpetuis conscientie stimulis agitur cum eis nulla frustatur animi tranquillitate; sed vivat anxius & inquietus. Unde priusquam obligetur se cuncte religioni & præcludatur illi regressus ad primam æquum est ut spatium habeat ac tempus deliberandi quo, in subsidium fragilitatis humane fit à Sanctis Patribus institutum, ut in hoc c. & in d. c. non solum. Et vice versa potest probabiliter contingere ut Regularis æger ferat morè & acrimoniam professi in strictiori regula; & proinde inter transillum & ceteros Regulares perpetua sit morum discrepancia se dissentio animarum. Nam coherere & conjungi non possunt quibus & studia & vota diversa sunt, ut legitur in c. in nota 16. q. 7. quod considerant Feder. de Sen. & Petr. de Peru. locis initio citatis supra n. 35. & 36. plerumque enim Monasterium quod semper tranquillum fuerat, litigioso recepto aliquo & seminante discordias non quiescit, ut formaliter dicitur hic Host. n. 4. Quapropter grave est inexteros Monasteria applicari, c. Monasterii 150. q. 1. unde Host. col. n. 4. consulit ut in receptione & potissimum in professione accipienda, caveat sibi Abbas; nam mus in peris, serpens in gremio, igitur in sinu malam consueverunt retributionem exhibere hospitibus, c. Episcopus Judæos infra de Judæis. Probetur ergo diligenter priusquam Monasterio aligeretur, arg. c. 1. §. penult. supra de Cler. peregriu. ne contingat postea pœnitere, sed sero arg. c. 1. de serv. non ordinam. cum suis concord. amplius cum ambulare debeant homines de virtute in virtute, c. 1. de transact. c. Legimus 05. dist. lege Ut gradatim de moner. & honor. & nemo mittens marium & c. magna de veto. Quia imò in viam Dei non progressi sit retrogredi secundum B. Bern. relatum à Joanne Andrea & Petro de Ancharo in d. c. revertens in princ. de statu Monach. Hinc docuit experientia Regulares migrantes ad laxiorem vitam plerumque fieri ceteris deteriores, Quapropter Augustinus scribens ad Clerum & populum Hippocentem Episc. 137. ait Quomodo disticillè sum expertus meliores, quam qui in Monasteriis ceciderunt, alios legitur deprecatur: quod refertur in c. Quantulumlibet dist. 47. Probet ergo illos religio & quos habiles inveniunt, expleto anno probationis, ad professionem admittat aut à Monasterio ejiciat ad Concil. Trident. præscriptum, c. 16. vers. Finito, sess. 25. de Regul. considerandum est etiam in religionibus strictiori observantia, est votum paupertatis in particulari archissime observatur: nihil tamen deesse religiosi ex his que necessaria sunt juxta præceptum ejusdem Concilii in c. 2. sess. 25. de regul. præscriptum quoad ægeros, & debiles aut semo coherctos in quos præcipua exerceatur opera Charitatis, que foris non ita habent in religionibus laxioribus in quibus Religiosi coguntur ipsimet sibi necessaria comparare & ut sæpe audivimus non alio prætextu se pœnitentiam conantur se, licet perperam à retentione pecculi excusare, nisi quod religio necessaria eis ad vitam non subministrat, præsertim in infirmitatibus, quod est maxime considerabile cum præcipua causa legitima transeunt ad laxiorem sit infirmitas & debilitas complexionis, ut notat Gemini. & Franc. in d. c. Cum singulari, §. Prohibemus, prope finem de prob. in 6. quæ ratio valde urget etiam ex parte Superiorum Regularium à quibus sic transiens per annum probari debet, ne propter inirmam valetudinem aut virum imbecillitatem perpetuo sit inutilis & onerosus

Monasterio. Unde justum est, sive novitium sive religionem spectemus, ut alterum probet priusquam obligetur ex quasi contractu qui dicitur fieri inter professum & Monasterium, ut hic notat Doctores & in c. Porrectum supra eodem; & propterea dum Sacra Congregatio declarat eum qui moribus causâ Superiorum permittit exiit à Monasterio, post expulsum probationis annum posse inde ad triennium receptum statim proficere absque nova probatione; prudenter adjectit verba illa; nisi religionis aut personæ conditio sit immutata: quæ satis confirmat opus esse novo anno probationis quotiescumque Regularis disciplina diversa est ab illa quam quis ab initio professus fuit.

Hanc sententiam generaliter in eo qui transit ad laxiorem religionem fecutus est Navarr. d. conf. 62. de Reg. & clarius conf. 67. incip. N. olim Ordinis, ubi movetur tum Decreto Concilii Tridentini quod generaliter loquitur; tum quia, inquit, annus probationis non solum datur in favorem proficisci, ut experiatur id quod professurus est; sed etiam in favorem eorum qui professionem suscipere debent, ut experiantur mores suscepti an convenientes suæ Congregationi; & ita licet qui expertus est strictiorem regulam satis videri possit expertus laxioris; & sic ex parte illius cessare videatur necessitas eum probandi: non tamen ad hoc tollitur Monasterio necessitas probandi mores illius qui longe melius cognoscitur tractatu annali quam mensuro vel semetris vel alio minori & conf. 61. Quidam Abbas n. 4. de reg. dixit non esse absurdum ut antiquus & veteranus in una religione, si postea novitius in alia.

Quod videtur etiam ex antiquis tacite sensisse Hostensis in c. licet col. 2. sub. n. 16. vers. Sed quid si Monasterium infra eod. ubi ait, si dubitatur an regularis sit legitime tranquillatus nec ne, ita demum secundum Monasterium compellitur illum defendere, si à tempore transitus sui elapsus annus alius est restituendus priori Monasterio. Atque ita indistinctè sentit Host. transeuntem ad illud Monasterium ita demum esse illi incorporatum, si fuerit per annum, ac propterea tacite professionem emiserit, juxta c. 1. de regul. lib. 6. & Clem. eos, eodem tit.

Nec dissentit Feder. de Sen. conf. 5. nam ipse non putavit requiri novum annum probationis in eo, qui transfertur ut præsit, quia per assumptionem probationis in secundo Monasterio videtur tacite professum esse emittit, ac renuntiasse anno probationis, quod fieri poterat de jure communi in ordinibus non Mendicantium, ut hic patet, & in cap. Statutus infra eodem juncto c. Non solum, & cap. Constitutionem, eod. tit. lib. 6. sed aliud censuit in eo, qui tanquam Monachus transfertur ut subit.

Ac demum hanc sententiam videtur olim probasse S. Congreg. Conc. nam cum habitatum esset an professus in una religione, & ad aliam translatus etiam laxiorem autoritate Sedis Apostolicæ possit renuntiare anno probationis, respondit non posse, nec illam renuntiationem per superiorem concessam intra annum recipi debere, sed teneri eum iterum proficisci, juxta formam traditam, c. 15. sess. 25. de reg.

Unde sequitur, ut nec obstat contraria observantia, quia cum hic casus sit comprehensus d. c. 15. non valet contraria consuetudo etiam immemorabilis, ut potè sublati c. ult. ejusdem sessionis.

Expedit autem ut in dubio ita declararetur ad compescendam facilitatem & frequentiam transitus à strictiori ad laxiorem religionem ejusdem Ordinis. Quam ob causam olim Alex. VI. statuit ut Fratres Minores de Observantia transeuntes ad Conventuales ejusdem ordinis essent incapaces successioni, ut refert Rodan. de reb. Eccles. non alien. q. 8. n. 38. & Rodriq. de reg. tom. 2. q. 128. v. advertendum tamen, facit text. in Clem. 1. d. regul. & in c. 1. eod. tit. in extravag. communie.

Cum eo tempore actum esset de superscripto dubio in Sac. Congregatione Concilii responsum est transeuntem de licentia Sedis Apostolicæ ad laxiorem religionem, etiam ejusdem Ordinis, teneri in secunda religione novam annum probationis peragere. Sed quoad novam professionem, subdubitante Cardinali Justiniano, articulus non fuit decisis, tamen ex anno probationis, qui est præambulus ad professionem, & frustratorius esset professione non secuta, satis inferri possit ad obligationem iterum proficendi.



DE REGULARIBUS

Idem Innocentius III. Aconen. Episcopo.

CAPUT XVII.

Sicut nobis fuit propositum, quidam clericus cum ægritudine nimia laboraret, quasi de morte securus, & de recuperanda sanitate desperans, habitum Canonico regularium petiit & accepit, sed nec ad Ecclesiam transiit, nec bonis suis ut cessavit, videntibus Episcopo & Canonicis Ecclesiæ Nazaren. à quibus habitum susceperat regularem, & infra. Fraternalitè taliter respondemus, quod si regularem habitum se postulante suscepit, & ad observantiam religionis Canonice, sua se professione ligavit, ad resumendum habitum Ecclesiastica est districtio cogendus; cum quod tanto tempore extra canonice mansit, non in excusationem ejus, sed in majoris transgressionis augmentum, merito valeat allegari.

SUMMARIUM.

1. Professio emissa à Novitio in mortis articulo per circumventionem Abbatis, an valeat & an, dos sit Monasterio acquisita & n. seqq. usque in finem.
2. Professio emissa per aliam & circumventionem Abbatis, an obliget proficentem; anve illius bona sint hæreditas restituenda & n. seqq. usque ad n. 22.
3. Dolus in spiritualibus non vitiat contractum.
4. Dolus bonus dicitur, quo quis ad meliorem vitam inducitur.
5. Declaratur, num. 13.
6. Dolus malus quid sit.
7. Professio puella non est irrita ex eo quod Episcopus illius